



Arquitectura de Madrid

R
863

Ayuntamiento de Madrid

28-10

D E
FRISIORUM
ANTIQUITATE
ET
ORIGINE
LIBRI TRES.

In quibus non modo ejus gen-
tis propriæ, sed & communes
Germaniæ totius Antiquitates
multæ, hæcenus incognitæ,
produntur; & obscuri ve-
terum scriptorum loci
plurimi illustrantur.

AUCTORE

SUFFRIDO PETRO,
Leovardienſi Friſio U. I. C.

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO



P. n.º 5066

FRANCKVÆ.

Typis & Impensis JACOBI HORREI,
Bibliopola. MDCXCVIII

Frances.



AMPLISSIMIS,
NOBILISSIMIS,
CONSULTISSIMIS-
QUE VIRIS AC DO-
MINIS ORDINIBUS
FRISIÆ, DOMINIS
SUIS UNICE COLEN-
DIS.

S. P. D.

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

ANni sunt jam fere
triginta elapsi, Am-
plissimi, Nobilissi-
mi, Consultissimique Viri,
ex quo relictæ Erphordia in
Belgium reversus, Bruxellas
coram satis comperi, neque
à Viglio Zvichemo, neque
ab Joachimo Heppero in con-
scribendis patriæ nostræ hi-
storiis effectum iri, quod
magno omnium desiderio ex-
spectabatur: Illi enim, ex quo
* 2 po-

E P I S T O L A

politicis negotiis impliciti
 sunt, minus hisce literariis
 vacare potuerunt; Quocirca,
 cum genius meus ab isto ge-
 nere vitæ abhorreret, plane-
 que ad literariam hanc pro-
 fessionem, quam hætenus se-
 cutus sum, propenderet,
 hortantibus quibusdam ami-
 cis, quorum literæ apud me
 conservatæ testimonio sunt,
 non gravatim in hoc studium
 induci me duabus potissimum
 de causis passus sum. Primum,
 quod historiarum cognitio
 cum omnibus disciplinis, tum
 in primis Juris prudentiæ, ob
 diversorum factorum exempla
 plurimum conducet: Dein-
 de, quod me stimulare amor
 patriæ, ut majorum nostro-
 rum res præclare gestas, quæ
 scriptorum defectu hætenus
 in obscuro latebant, in lucem
 cruerem; præsertim cum ejus
 essent

DEDICATORIA.

essent generis, ut scriptoris diligentiam sui dignitate librare, & lectori etiam extraneo, nedum patriotæ, commendare possent. Primùm enim cùm Frisii olim habuerint Regnum amplissimum, & in eo Reipub. formam aliquoties mutatam, ex eorum historiis non modò instituta præclara, sed & exempla illustria suppetunt: Deinde, cùm sedes incolant in Germania ad Septentrionem ultimas, & proinde fluvii omnes, qui ex Austro Septentrionem versus in mare se exonerant, per eorum terram decurrant; hinc Schaldis, Mosæ, Rhæni, Amisii, Visurgis, Albis, Jadaæ, Eidoræ, & reliquorum brachia, veteres ac novi exitus ac decursus certius cognosci quàm aliunde possunt: & quia sedes suas nunquam

E P I S T O L A

mutaverunt, & interim temporum rationem integris mille nongentis annis continuaverunt, exactiorem quandam certitudinem suppeditant, ad veras gentium Germanicarum origines, emigrationes, & successiones solide cognoscendas. Ex eo igitur tempore totus huc incubui; & tum per me ipsum, tum etiam per alios diversis in locis Bibliothecas celebres excussi, unde aliquid subsidii ad institutum hoc sperandum videbatur: Scripsi etiam ad diversos eruditos, aut alioqui antiquitatum studiosos non modo quos in Frisia, aut in Belgio; sed etiam in Germania & in Gallia noram, quorum auxilio me adjuvari posse arbitrabar: Nullis laboribus, sumptibus nullis peparci, ut idoneam studio meo suppellestem corradere.

DEDICATORIA

radarem: Nullum non movi lapidem; promovi autem non quantum volui, sed quantum potui; promoturus haud dubiè plus studio tam pertinaei, nisi me retardasset hujus sæculi nostri infelicitas, objectis impedimentis nimis & multis & magnis. Ut enim apud quosdam candor ille remanserit, qui mutuus inter amicos (præsertim eruditos) esse solet; tamen tutum non fuit ultrò citròque aliquid ex loco in locum transmittere, quod perire nolles, cùm itinera omnia diu tam infesta fuerint. Et utcunque libenter aliquid transmisisses; capta tamen occasio fuit, quæ moram expectanti semper attulit. Comitata fuit hanc difficultatem difficultas altera, quæ remoram non leviorè iniecit: Comparandi fuerunt

E P I S T O L A

& evolvendi Geographi & Historici tum veteres, tum recentes, quorum lucubrationes quoquo modo ad causam Frisiæ nostræ facere viderentur. Quanquam enim indigenis scriptoribus in historica fide debeatur prærogativa, tamen & externi cognoscendi sunt; vel ut suffragio suo nobis profint, si consentiunt; vel ut refellantur, ne noceant, si dissentiunt. Itaque facile æstimet æquus judex, nullum vastius esse studium quàm historicum; cùm maximi utique negotii sit, vel evolvere solùm libros tam multos, tam diversos, & ex his in proposito tuo vel confirmare quod probas, vel confutare quod improbas. In cæteris enim studiis ratio & conjectura probabilis argumenta præbent; in hoc veritatis

DEDICATORIA.

tatis criterium scribentium
authoritas maximè statuit:
quæ proinde in discrepan-
tium multitudine judicanti
non exiguam perplexitatem
parit. Hanc ego tertiam præ
cæteris istic difficultatibus
reipsa gravissimam expertus
sum: Nam cum veteres au-
thores tum Græci, tum La-
tini, qui in medio sunt, de
Frisia præclarè multa scripse-
rint, non paucos videas inter
recentes, quorum alii ista
prorsus dissimulant; alii etiam
de industria pervertunt; quo
affectu id faciant, ut mihi
quidem dictum difficile sit, ita
indiscussum & inconfutatum
relinquere integrum non fuit;
cum ad veritatem aditus non
pateat, nisi remota falsitate.
Quid enim proficerem apud
lectorem cordatum, si meam
tantum sententiam probarem,

EPISTOLA

sententiam adversarii contrarium asserentis dissimularem; nihil sanè aliud, quàm quod veritatem silentio meo proderem. Quocirca cum de rebus Frisiorum præjudicia multa lata sint à scriptoribus istis, & proinde multi errores inveterati, & diversorum testimoniis roborati sint, quàm facile mihi fuerit istos convellere, judicabit, quisquis rem æqua bilance ponderaverit: Adeo enim res rediit, ut quoniam nulli idonei scriptores rerum Frisicarum hætenus extant, plerique nihilegregium aut laude dignum à Frisiis unquam actum esse arbitrentur. Itaque non desunt, qui gentium Germanicarum exegeſin professi, Frisios in nullo numero posuerint: Sunt, qui de Frisiorum origine pro opinione sua nescio quæ

DEDICATORIA

quæ figmenta comminiscuntur: Sunt, qui ea quæ de Frisiorum Regibus memoriæ prodita sunt, fabulas meras esse dictitent: Sunt, qui fines terræ Frisonicæ, multis provinciis amputatis, in augmentum cogunt: Sunt, qui Frisiorum acta aliis gentibus applicent: Sunt, qui decantatam istam apud omnes Frisiorum libertatem ac nobilitatem à Frisiis ipsis confictam, & non Principum autoritate aliqua donatam & constitutam esse asserunt: Sunt denique alia his vel similia, vel etiam graviora: quæ alii ex simplici rerum Frisicarum ignorantia; alii fortè ex affectu quodam suo imperitis hætenus persuadent. Quibus omnibus ac singulis discutiendis dum incumbo, sudavi satis; hoc tamen assecutus sum, ut

EPISTOLA

historiæ materiam congesse-
rim, quæ non modò nationi
nostræ, (ut equidem puto)
sed etiam exteris placere
queat, modò absolvere cum
gratia divina possim, quod
incepi, & aliquo usque jam
produxi. Totius operis insti-
tuti œconomiam, analytica
methodo delineatam, ali-
quando me amicis quibusdam
privatis istuc transmisisse
sommemini, ad hunc fere
modum. In absoluta enim cu-
jusvis regionis descriptione
declarandum est, quæ sit in
ea cæli solique natura; id quod
libro uno Cosmographiæ,
Astronomiæ, Topographiæ,
Chorographiæ, Geographiæ
que munere explicari potest.
Cæterum, quia conjuncta ho-
rum vis inefficax esse non po-
test, sed pro influentia sua
generat ea, quæ natura cælo,
ter-

DEDICATORIA.

terra, marique producit, unus 1.
 etiam liber Meteorologicis &
 Mineralibus, unus plantis, 2.
 unus animalibus terrestribus, 3. 4.
 unus aquatilibus, unus volati-
 libus deputatur; non quidem 5. 6.
 Physica, sed Historica de-
 scriptione. Et quoniam præ-
 ter communem mediocritatis
 eursum interdum vel prospera 7.
 eveniunt, vel adversa, unus
 etiam de commodis vel incom-
 modis Frisæ parandus est. De-
 mum verò, quia hæc omnia in-
 eolarum gratia fiunt, ad ipsam
 gentem, cui ea destinantur, di-
 rigenda est descriptio; in qua, 8.
 Prima tractatio erit de antiqui-
 tate & origine Frisiorum: Se- 9.
 cunda erit, de natura Frisio-
 rum, qua & indolse eorum con-
 tinetur: Tertia erit, de nomi- 10a.
 nibus & lingua Frisiorum:
 Quarta erit, de virtutibus ac 11.
 vitiis Frisiorum: Quinta, de 12.

* 7

victu

E P I S T O L A.

victu Frisiorum ac vestitu.
 Atque ita duodecim concepe-
 ram rerum Friscarum libros,
 quibus ea tractarentur, quæ
 ad hujus gentis generalem de-
 scriptionem pertinerent. Jam
 verò ut appareat, qua pru-
 dentia, qua strenuitate Frisii
 fuerint, acta eorum declaran-
 da sunt; quæ bifariam consi-
 derantur: Aut enim instituta
 sunt, quibus Respub. con-
 formatur; aut sunt res gestæ,
 quibus eadem conservatur.
 Institutis debentur libri sede-
 cim, qui de antiqua ac nova
 Frisiorum Repub. inscriben-
 di sunt. Horum primus, de
 veterum Diis, & eorum sa-
 crificiis, Idolis, phanis, ac
 sacerdotibus, & sacerdotum
 doctrina tractabit: Secundus
 de religione Christiana, de
 cultu divino, de Sanctis, de
 tota Hierarchia Ecclesiastica,
 de

DEDICATORIA.

de Doctoribus Orthodoxis &
Hæreticis docebit: Tertius 3.
de Judiciis Ecclesiasticis, de
legibus, & legum admini-
stris, & Ecclesiastica censura
aget: Quartus aget de fre- 4.
quenti mutatione Reip. & le-
gum: Quintus declarabit in- 5.
stituta belli; ubi ordines mi-
litares, arma, exercitia, præ-
mia & poenæ considerantur: 6.
Sextus continebit instituta pa-
cis; de his quæ fiunt ante na-
tivitatem, post nativitatem, to-
to vitæ cursu, in pueritia, in
adolescencia, in juventute,
in ætate virili, privatim ac
publicè, in senectute, deni-
que in morte, & post mor-
tem: Septimus explicabit ra- 7.
tionem temporum, qua utun-
tur in communi omnium isto-
rum dispositione. Et quoniam
legum conditores principes,
& earum interpretes Jurecon-
sul-

E P I S T O L A

fulti, & protectores Magistratus, & dispensatores Advocati negligendi non sunt;
 8. Octavus de Principibus, Nonus de Ducibus, Decimus de
 9. 10. Regibus, Undecimus de Potestatibus, Duodecimus de Dominis Frisiæ tractabit. His
 11. accedet Decimus tertius, tractaturus de Toparchis Frisiæ;
 12. & Decimus quartus, de Præsidibus Curiae Regalis; &
 14. Decimus quintus, de ejusdem Curiae Senatoribus; &
 15. Decimus sextus, de Advocatis & Procuratoribus. His expeditis, res gestæ restant,
 16. quæ vel publicæ sunt, vel privatae. Publicè res gestas ab origine gentis ad ætatem nostram
 24. usque viginti quatuor libris explicabimus; quos Annalium Frisicorum nomine inscribemus: Privatorum res gestas, personarum, locorum,
 re-

DEDICATORIA.

rerum ac temporum circum-
stantiis distinguemus. Ac pri-
mum quidem, quod ad per-
sonas attinet, quæ vel belli-
ca, vel politica virtute, vel
eruditione, vel consilio tam
extra, quam intra patriam
præstiterunt, his opus singu-
lare attribuemus: Itaque li- 1.
brum unum de Ducibus &
Comitibus Frisæ; Unum de 2.
iis, qui virtute militari ex-
celluerunt; Unum etiam de 3.
iis, qui prudentia & consilio
præstiterunt; Unum item de 4.
Frisæ scriptoribus; Unum 5.
etiam de præstantibus fœmi-
nis. In locorum commemo- 6.
ratione librum unum cudi- 7.
mus, de civitatibus Frisæ.
In rerum attentione, unum 8.
de celebribus dictis ac factis
Frisiorum: Unum item cu- 9.
dimus, de Frisiorum colo-
nis, & quæ gentes à Frisiis
oriun-

E P I S T O L A

oriundæ sint. Atque ita libros omnes, quibus historiam Frisicæ complecti nos posse arbitrabamur, numero sexaginta fiebant: In quibus tamen & librorum numerum, & materiæ dispositionem, & editionis occasionem, ut arbitrio meo tunc reservavi, ita etiam nunc reservo, ut pro re nata mutare mihi integrum semper maneat, quod videbitur. Itaque tametsi hoc opus, de origine Frisiorum, quod hic exhibeo, materiæ ratione demum post librum septimum rerum Frisicarum ordine sequatur, tamen cur primo loco jam edendum censeam, justissimæ causæ me impulerunt. Nam cum in hoc opere plurimum difficultatis fuerit, propter multiplices scribentium errores, qui convellendi erant, & credibile sit, fore aliquos, qui à me

DEDICATORIA.

me dissentient, volui hoc opus primo loco absolvere, & in lucem edere; tum ut rem factam hic haberem, si quid mihi fortè ingravescente jam ætate humanitus accideret; tum etiam ut ipse tueri hæc possem, modò me vivo aliquis ea odiosius vellicaret. In cæteris enim ut minus difficultatis, ita etiam minus contradictionis erit; ideoque minori etiam negotio absolvi ea, & me fortè defuncto per alium quemvis ad umbilicum perducì queunt. Cur autem unum librum, quem antea meditabar, hic jam in tres diduxerim, vastitas argumenti fecit, quo identidem novis accessionibus succrescente, opus ipsum necessariò crevit. In his autem, quæ cudo, confirmandis & stabiliendis, quibus authoribus utar, & qua
mo.

EPISTOLA

moderatione cum illis agam, quorum opiniones mihi refellendæ sunt, paucis hic dicendum est. Nam cum ad meorum dictorum probationem testimoniis interdum utar ejusmodi scriptorum, præsertim nostratium, quorum authoritas apud externos pondus habitura non videtur, ob id, quod eorum nomina hætenus obscura, & certè illis incognita sint, videri possem nihil admodum idoneè probaturus, qui non modò domesticis, sed etiam dubiis & non satis exploratis testibus rem agam: Deinde, cum adversus quosdam præsertim vita defunctos nimis multis contendam, videri possem egredi fines modestiæ, qui cum larvis gaudeam luctari. Quorum neutrum planè se ita habere clarissimè demonstra-

DEDICATORIA.

strabo. Nam ut ad primū loco primo respondeam, mihi in proposito meo, quo res patriæ tradere constitui, ea sententia semper stetit, ut si utraque & suppetere, & congruerent, domesticis testimoniis libenter externa conjungerem; si alterutra deficerent, iis uterer, quæ suppetere; si discreparent, externis domestica præferrem: nisi notabilis absurditas hanc prærogativam excluderet. Exemplo subjecto illustranda res est. De Origine Frisiorum à Græcis & Italicis scriptoribus nihil expressè traditum hætenus reperire potui: scriptores autem Gallici & Germanici, qui vel populari sua, vel latina lingua aliquid hac de re commentati sunt, aliqui cum nostratibus congruunt; aliqui non modò
à no-

EPISTOLA

à nostratibus dissentiant, sed etiam inter se discrepant. Utor igitur hic nostratibus, & eorum suffragatoribus exteris; exteros autem ab his dissentientes bonis rationibus confuto ac refello. Frisiorum sedes Græci scriptores ac Romani, Plinius, Tacitus, Ptolomæus, & alii, itemque scriptores reliqui Germani ac Galli unanimiter declarant in Germania ad mare Septentrionale fuisse extremas: sed Strabo illic intra Rhenum & Amisum Sicambros; intra Amisum & Albin Cimbros collocat; ultra Albin Chersonesum versus gentem nullam novit. Utor igitur & hic internis authoribus; tum in approbando consensu pro nobis; tum etiam in refutando dissensu contra Strabonem, subjectis utrobique rationibus idoneis. Scriptores

DEDICATORIA.

tores aliquot recentes Germani, supradicto illo Strabonis errore decepti, Frisios, & Brabantos, & Flandros maxime Septentrionales, à Cimbris ortos esse scripserunt; quod Cimbri (ut ipsi dicunt) colonias à Cherfoneſo Occidentem verſus per littus Oceani Britannici poſuerint, & relicta tandem Cherfoneſo novas ſedes quaerituri, per Cauchos ac Frisios itinere facto, per oſtia Rheni (ut hodie Cimbri ſeu Danici mercatores faciunt) in Brabantiam ac Flandriam trajecerint, ibique ſedes fixerint ad littus extremum; unde tandem inundationibus expulſi, relicto praefidio, quod in gentem poſtea coaluerit, in Italiam porro abierint. Hunc errorem igitur ex Archivis noſtris dilucide convello, ac testimoniis noſtratum

E P I S T O L A

tium doceo, nos ante Cimbricam expeditionem ducentis amplius annis eas terras incoluisse, quæ tunc intra Chersonesum & Helium Rhени brachium supremum ad Septentrionem in Germania habitabiles erant. Doceo testimoniis nostratium & consensu Plinii, ducentis adhuc annis postea, terras eas, quas nunc incolimus, & Wettergoam & Æstergoam nominamus, maxima ex parte fuisse inhabitabiles. Doceo eorundem testimoniis, & consensu Pauli Æmilii, & Antonii Sabellici, easdem terras usque ad ætatem Caroli Martelli in eodem fere statu permanfisse. Doceo denique nostratium testimoniis, per quos homines, & quo tempore lacus isti immensi, quos Plinius ac Tacitus in Frisia commemorant,

in

DEDICATORIA.

in justos fluvios aggeribus ob-
jectis redacti sint. Doceo testi-
moniis nostratum, quæ sint il-
la Rhæni capita, de quibus agit
Julius Cæsar; quæ sit ista navi-
gatio Drusi, qua Oceanum ab
illo tentatum esse Tacitus asse-
ruit. Hoc igitur quia luce cla-
rius demonstro, consequitur
aliam nunc esse, aliam fuisse
olim tempore Cimbrorum Fri-
siæ nostræ faciem; & longe
aliter tum se habuisse, quam
nunc habent, duo illa Roma-
nis cognita Rhæni brachia He-
lium & Flevum: aliter etiam
se habuisse, quam nunc ha-
bent, altera duo Rhæni ejus-
dem brachia, Romanis inno-
minata, & exteris omnibus
ignota, Mediterraneum &
Lavicum. Quæ quidem Rhe-
ni quatuor brachia, ut lon-
gissimo terrarum spatio disiun-
cta tunc erant; ita singula
* * * etiam

E P I S T O L A

etiam suo peculiari ostio in Oceanum Septentrionalem devolvebantur. Consequitur hinc etiam Cimbro ad littus Oceani Septentrionalis, quod Frisii toto illo tractu nunc incolunt, colonias nullas collocasse; Eosdem etiam neque per Frisios & Cauchos iter fecisse, neque per ostia Rheni in Brabantiam aut Flandriam trajecisse: cum omnia illic lacubus ac paludibus invia tunc essent. Cum igitur hæ & complures hujusmodi aliarum antiquitates à Romanis ac Græcis scriptoribus memoratæ, nunc à recentibus & exteris Germanis quibusdam interpretibus per inscitiam rerum nostrarum perperam explicentur, utique ratio dicat, à nostratibus & indigenis veritatem esse exquirendam, utpote quibus notæ sunt res patriæ.

DEDICATORIA.

triæ. Nam cum inter Helium
& Flevum Frisia, quæ olim
Occidentalis dicebatur, &
nunc Hollandia dicitur, sita
sit; cùm Frisiæ, quæ tunc
Orientalis, nunc autem Oc-
cidentalis dicta est, partem
Westergoam Mediterraneus,
Æstergoam Lavica termina-
verit, majorum nostrorum
prudencia singulis territoriis
in Frisia canonem quendam
certum constituit, quantum
ad horum aggeres faciendos
ac reficiendos contribuere de-
berent. Quod quidem cùm in
acta publica memoriæ ergò
semper diligentissimè relatum
sit, constat nimirum scripto-
ribus nostris sua fides, si vos
ex iisdem fontibus intelligen-
tis, majores vestros per ma-
nus posteris veluti hæredita-
riam hanc curam tradidisse,
quam & vos hodie in patria

* * 2

or-

E P I S T O L A

ornanda ac vindicanda sustinetis. Non aliunde igitur certius documentum publicæ fidei petendum cuique genti est, quam per scriptores indigenas ex Archivis patriis, in controversiis patriam concernentibus : cum ut quivis bonus paterfamilias quid domi suæ, ita quæque gens quid in regione sua acciderit penitissimè sciat. Itaque Cappidus Stauriensis, Solco Fortemanus, Occo Scharlensis, Joannes Flieterpius, Vorperus Thaborita, Suffridus Sterckenburgius, Andreas Cornelius, & plerique alii historici nostri, qui his vel antiquiores, vel recentiores sunt, non ideo sunt exteris postponendi, quod minus noti sint; sed ideo his præponendi, quod ad veritatem plus conferant. Nec enim historici authoritas

DEDICATORIA.

tas ex celebritate, sed ex fide
æstimari debet: nam quid re-
fert scriptorem quantumvis
esse celebrem, si lectorem fa-
bulis, figmentis, ac menda-
ciis ludificetur? fides autem
historici partim ex voluntate,
partim ex facultate pendet:
ex voluntate quidem, ut ad-
sit studium veritatis, quæ hi-
storiæ fundamentum est; ex
facultate autem, ut adsit re-
rum tradendarum iusta cog-
nitio, quæ non aliunde cer-
tius petitur, quàm ex cuius-
que gentis archivis: Unde &
Plinius admonet ab unaqua-
que gente exquirendam esse
veritatem earum rerum, qua-
rum notitia apud eam popu-
laris est. In dubio igitur, &
ubi interni ab externis discre-
pant, internos, quantumvis
obscuros, externis, quantum-
vis celebribus, præposui; cum

* *

3

ani-

E P I S T O L A

animadvertam me in his, quæ in meo proposito hætenus versavi, à rusticis etiam redargui posse, si ab illis deflectam: cum adeo notoria vulgo pleraque omnia sint apud nos, quæ ex nostris allegavi, ut fustuario dignus videri queat, si quis ab his dissentiat. Quæ causa me etiam præcipuè movit, ut hoc opus Vestræ Amplitudini potissimum dedicarem, in quo mihi nostratum testimoniis ex Archivis nostris contra scriptores externos multa probanda fuerunt: Nam si hæc (uti confido) à vobis scientibus ceu vera & indubitata, consensu publico recepta & approbata fuerint, mihi fides, testibus istis nostratibus auctoritas, & exinde celebritas accedet, quam lectorum usus augebit, ætas constabiliet. Quod autem

DEDICATORIA.

tem omnibus liberum semper
fuit, ut in controversia verita-
tis suam sententiam cuique di-
cere liceret sine alterius contu-
melia & injuria, id mihi etiam
hic sumpsi, ut eorum senten-
tias bonis rationibus & autho-
ritatibus refutarem, quos in
proposito meo perperam versa-
ri comperissem: Nec ego quen-
quam hic sugillavi, aut odio-
sius vellicavi, quin potius om-
nes diligentiae & industriae lau-
davi, etiam si conatibus eorum
in eruenda veritate non respon-
disset eventus. Quod autem in
confutando Alberto Crantzio
prolixior esse videri possim, id
non odio personae, sed rei pro-
positae qualitati ascribi velim:
Nam cum ille Saxonum anti-
quitates ex professo scripserit,
cumque veluti ducem fere om-
nes, etiam *ἀποστασις* & in-
discussim sine examine sequan-
tur,

* *

4

tur,

E P I S T O L A

tur; malui hunc unum tenere,
 cujus vestigiis insistendo, om-
 nia impedimenta, quæ illè ob-
 jecit, sine errore submoverem,
 quàm alias alios ejus affeclas
 affeclari, & veluti fonte ipso
 relicto, rivulos ejus particula-
 tim obturare: quod ut magis
 etiamnum odiosum, ita etiam
 magis operosum futurum erat.
 Interim verò in causâ conjun-
 cta res nostras certius illustro,
 quas ille obscuravit quantum
 potuit: In quo dum versor, ex-
 crevit hoc opus in ampliorem
 molem, quàm animo præcipere
 poteram; sed effecit hoc neces-
 sitas confutandi objecta eorum,
 qui mihi & multi, & graves an-
 tagonistæ contigerunt. Hos
 igitur tres de Origine Frisio-
 rum libros, quos ob causas su-
 pradiçtas primo loco edendos
 esse censui, Viri Consultissimi,
 Vestræ Amplitudini inscriben-
 dos

DEDICATORIA.

dos ac dedicandos esse judica-
vi; tum ut suffragio vestro con-
tra Zoilorum dentes tuti esse
possint; tum ut vobis proxime
redderentur causæ, ex quibus
origo nobilitatis, libertatisque
Frisonicæ dependet: quarum
asserendarum ac protegenda-
rum cura non aliis, quàm Ordini-
bus Frisicæ ex officio compe-
tit. Quod si ergo eos benigno ac
grato animo susceperitis, in re-
liquis istis, de quibus supra egi,
perficiendis & in lucem eden-
dis, alacriorem me reddetis.
Interim Deus Opt. Max. omnia
vertat in melius, & pacem ali-
quando nobis restituat. Bene
valete. Colon. Prid. Calend.
Maji. Anno 1590.

Nobilissima Consulissimaque

Amplitudini vestre

Favulus deditissimus

SUFFRIDUS PETRUS

Leovardienfis J. D. C.

* * 5

PRÆ



PRÆFATIO NOVA
A D
LECTOREM.

Quisquis acta præterito-
rum seculorum alta mente
revolvit, sine dubio mirabitur,
Frisios præcis temporibus tanta
fortitudine & virtute præ cæte-
ris Germanis excelluisse, ut socii
& amici populi Romani appella-
ti fuerint; immò nusquam ter-
rarum olim erat, aut hodie repe-
rietur populus, qui libertatem vel
acrius vindicavit, vel impensius
promovit, vel integrius ad po-
steros transmisit, quam nostri Fri-
sii, quamobrem jure meritoque
ab omni ævo dicti sunt *De frpe*
Præsen. Præterea singularis
candor huic genti antiquitus in-
erat,

rat, ita ut semper se fidos populo
Romano amicos prastiterint: Hac
de causa Romani Imperatores ple-
rumque Frisios in custodiam cor-
poris adscribebant, testes hujus rei
sunt marmora sequentia apud
Gruterum in Thesauro Inscript.
pag. 600. num. 12.

BASSUS. NERONIS
CAESARIS. CORPORE
CUSTOS. NATIONE
FRISIUS. VIXIT
AN. XL.

Et ead. pag. num. 13.

HILARUS
NERONIS. CAESARIS
CORPORE. CUSTOS
NATIONE. FRISAEUS
VIX. A. XXXIII.

Cum igitur gens hac tanta ce-
lebritatis fuerit, non mirum est,
tam varios tamque eruditos vi-
ros extitisse, qui hujus gentis an-
nales condiderunt: Inter hos vero

non infimum locum obtinet Suffridus Petrus, vir magna doctrina copia instructus, qui præter hunc fatum de Origine & Antiquitate Frisiorum plurima alia scripta reliquit; in his quoque numerantur liber de Scriptoribus Frisicis, & Apologia contra Ubbonem Emmium, qui sub pralo sudant, & propediem absoluti erunt. Porro typographo nostro animus est pralo subicere Suffridi Petri orationes quinque de multiplici utilitate linguæ Græcæ, si modo deprehendit, hunc suum laborem Eruditis non displicere, quod si his scopum tetigerit, ad alia & quidem majora perget. Vale.

LIBROS
DEL DR.
MARCO

I N



I N
SUFFRIDI PETRI
Leovardienſis U. I. C.
TRES LIBROS
D E
O R I G I N E
F R I S I O R U M
E P I G R A M M A T A.

Petri Ximenii.

ET populi cuncti, & Friſici fera littora
tractus,

Et fluvii, atque urbes nota fuere prius:
At quibus hæc eadem primum loca culta
fuerunt,

Obscurum cunctis ambiguumque fuit
Haftenus: en, cum tot ſcriptorum nulla
priorum

Certam aliquam his tenebris cura tuliffet
opem,

Cumque etiam veterum Friſiorum inſig-
nia facta

Non ſans ingenii nobilitata forent:

Tu primus patriam, Suffride, hoc munere
ſummo,

Summa præterea tu pietate beas.

Illa quidem fama per te eſt donata perenni,

Ex autæ effigiem tuque ab ea capies.

* * 7

Joan.

Joan. Matalii Metelli Sequani

v. j. c.

A Ntiquos ortus Frisæ, præclaræque gesta,
Suffridi ut calamus prodidit ore Petri,
Historia obstupuit, Musæ Charitesque so-
rores

Exsilire hilares plausibus, & citharis.
Ast Eris invidit: Tantine volumina, dixit,
Suffridus? infans parcite arundinibus.
Patria Suffrido Frisia est: plus ergo parenti
Debeat ipse suæ, quàm genito genitrix.
Urania Cleio: Suffrido ab Origine pen-
dent

Premia, quam charæ restituit patriæ:
Ignota hæc quondam Matri, Natisque,
jacebat

Obruta quot tenebris? hanc tibi luce
beat.

Mox Eris at multis conata est dicere contra:
Momus adest lateri proximus, ecce,
comes.

Ardens sic Erato, gaudens Polyhymnia
gestu,

Melpomene, Euterpe, reduce Calliope:
Ortum Suffridus patriæ cum reddidit, unus
Omnibus hic ortum reddidit in patria:
Patria Suffrido sed cum dedit, omnibus
ortum

Haud dedit; huic uni præbuit una viro.
Lato Terpsichore, lepido sermone Thaleia
Adjiciunt miris ingeniosa modis:
Quis fluvij ortus, qui cursus explicat,
ajunt.

Suffridus, circum flamina qui populi:
Indicat ablata, & Frisii quæ reddita quon-
dam;

Tempora quid mutant, cur quid in im-
petiis?

Ditavit patriam variis hic urbibus, amplis
Et populis, fama nobilitatque bona.

Hæc

Hæc Eris ut voces inimicis auribus haufit,
Lis oritur, Momo dira ferente odia.
Cynthiaus Aonidum litem defendit Apollo,
Et Momi evertit providus infidias.
Arbiter hinc Phœbus, folio hæc præluſtris
ab aureo,
Parnaſſi ax alto vertice, verba dedit:
Damnamus Momum, & propria proſcri-
bimus urbe;
Damaas eſto, Dex vertere terga Eridi.
Patria Suffrido, meriti pro nomine, alienam
In Friſia ſtatuum, marmoreamve dicet.

Caroli Utenhovii ex Allu-
ſionum ejus libro ſecundo.

Suffridi ſat notus honos, ſat gloria Petri,
Non modo Germani qua patet ora ſoli.
Unde ſed hoc idem ſit nobile nomen adep-
tus,
Vos agite ô ſanctæ dicite Sionides:
Qui ſtudet exortas ſine cade & ſanguine
rixas
Finire in ſacra religione truces,
Quàm bene ſelaudis à partibus obtigit illi
Voce fluens gemina nomen ab Hebraica.
Oudev æter Mæriav & Xæſtav oßi.

Simonis Toelmanni Pomerani
v. j. c.

FRIſIA Germanis gens antiquiſſima in
oris,
A ERISONE vetus quæ duce nomen
habet.
Clara olim ſtudiis, clara & caſtreſibus
armis,
Late hoſtes terra contudit atque mari,
Defenditque ſuas prope bis jam mille per
annos

Se-

Sedēs, quæque habuit nomina prisca teneb
Verum longa dies altis gesta alta tenebris
Miseraſat, & veris fabula mixta fuit:
Quæ rurſum eruit in lucem SUFFRIDUS,
ab omni

FRISIADUM dignus poſteritate colī:
Nam ſi laudamus, cum quis ſervarit ab igni
Patrem, qui ſenio mox periturus erat;
SUFFRIDO proavis vitam poſt tanta ſepultis
ſecula qui reddit, perpetuosque facit,
Qui patriæ vindex decus explicat, aſſerit,
ornat;
Gratia num meritis par queat ulla dari?

Joan. Politi Leodiensis

v. J. C.

Dum vera inſignis patriæ primordia
monſtras;

Et veterum regum fortia facta doces;

Dum Friſiæ regni populos moresque re-
cludis,

Quasque potens ſubiit ſorte rotante vices:
Sic eſt, res validas (inquam) decet opti-
mus author

Judicio, excellens arte, labore, fide.

O favor, o tutela novem, Suffride, So-
rorum,

Premia pro meritis quis tibi digna dabit?

Felicem dixit Juvenis Pellæus Achillem,

Ingenio notus quod ſit Homere tuo:

Verius exclamem, felix Friſia inclyta, cujus

Tam celebris ſcriptor nomen in aſtra tu-
lit.

ELEN-



ELENCHUS
CAPITULUM
IN HIS
TRIBUS LIBRIS
DE
ORIGINE
FRISIORUM.
LIBRI PRIMI
CAP. I.

*U*tilem & honestam esse omnibus mortalibus inquisitionem de origine & antiquitate sue gentis, & quomodo hic author in ea versatus sit. pag. I.

CAP. II.
De antiquitate Frisiorum. p. 8.

CAP. III.
In questione de origine cujusque

I N D E X.

*que gentis primo discutendum
esse, sitne indigena vel advena,
& qua significatione hac accipien-
da sint.* pag. 12.

C A P. IV.

*Frisiam ab eventu nomen non
accepisse.* p. 18.

C A P. V.

*Quod inepta sint rationes Cor-
nelii Taciti, quibus docere ni-
titur, Germanos esse indigenas.*
p. 23.

C A P. VI.

*Adversus eos, qui Frisios in-
digenas esse contendunt: ubi de
Cauchis, Cimbris, Sicambris,
errore Strabonis.* p. 32.

C A P. VII.

*Quo modo Strabonis erroribus
seducti quidam suos accumulent,
atque ita veritatem etiamnum*
gra-

INDEX

gravius obruant: ubi mendu-
sublatum ex Plinio, & distin-
cti Cimbri a Sicambris. pag. 43.

C A P. VIII.

Objecta Jacobi Mejeri pro
Flandris, docentis, quod Cim-
bri sedes habuerint in Flandria:
& Goropii pro Brabantis, do-
centis, quod Cimbri sedes habue-
runt in Brabantia. p. 52.

C A P. IX.

Succincta Chronologia rerum
Frisicarum ab initio usque ad
Carolum Magnum. p. 58.

C A P. X.

Cimbros in Flandria sedes non
habuisse. p. 70.

C A P. XI.

Cimbros in Brabantia sedes
nunquam habuisse: ubi de Cim-
brorum coloniis. p. 76.

C A P.

INDEX.

C A P. XII.

Cimbros, cum Chersoneso relicta novas sedes quarerent, per Cauchos ac Frisios non fecisse iter: ubi de origine nominis Germanici; item Rheni brachiis per Frisiam decurrentibus, & veteribus partim notis, partim ignotis; & portu Manarmani; & navigatione Drusi. pag. 85.

C A P. XIII.

Antverpiam non esse Atvaticum Caesaris, neque Coloniam Cimbrorum: ubi de itinere Cimbrorum ex Strabone, Casare, Floro; & ubi Atvaticum conditum fuerit; & de tempore expeditionis Cimbrica; & censura authoris de scriptis Goropii; & lingua Antverpiensium. p. III.

C A P. XIV.

Neque Cimbricam, neque Saxo-

I N D E X.

Saxonicam linguam in tractis Boreali inter Chersonesum & Armoricum littus unquam fuisse usurpatam: ubi de origine nominis Germanici ac Teuthonici locus Cornel. Taciti emendatus & explicatus; item de Tungris; item de lingua Frisica & Saxonica & Cimbrica.

pag. 171.

C A P. XV.

Frisios esse advenas in Germania; ubi de Frisiorum lingua, & nominibus.

p. 210.

C A P. XVI.

Alanos & Svevos vicissim incoluisse illum tractum terra ante Frisiorum adventum, quem Frisii nunc occupant: ubi Lucani locus explicatus, nomine Svevorum Frisios appellantis; de adventu Saxonum & lingua Sincambrorum, Saxonum, Brunsvicensium.

p. 217.

C A P.

INDEX.

C A P. XVII.

Prima opinio de origine Frisiorum. pag. 234.

C A P. XVIII.

Secunda opinio de origine Frisiorum. p. 236.

C A P. XIX.

Tertia opinio de origine Frisiorum. p. 238.

C A P. XX.

Quarta opinio de origine Frisiorum; ubi de Frisici nominis orthographia. p. 241.

C A P. XXI.

Quinta opinio de origine Frisiorum, quam ut suo iudicio veram author solam tuetur. p. 252.

LIBRI SECUNDI

C A P. I.

IN historiis cum iudicio versandum esse, nec aliorum pra-judi-

I N D E X.

judiciis temerè credendum, veritatis semper insistendum esse: ubi de consilio Alberti Crantzii in obscuranda origine Frisiorum,
pag. 255.

C A P. II.

Crantzii rationes esse ineptas ac futes, quibus declarare nititur fabulam esse de reliquiis Macedonici exercitus: ubi de Riphæis montibus, & mari congelato veterum fabula deteguntur.
p. 261.

C A P. III.

Inepta quoque esse argumenta Crantzii, quibus colligit Saxones esse indigenas; & de tribus diversis sedibus, quas Saxones in Germania occupasse memorantur.
p. 269.

C A P. IV.

Crantzium tum intraneis, tum
ex-

I N D E X.

extraneis historiographis destitutum fuisse, & idcirco non certa aliqua temporum definitione, sed conjecturis hyperbolicis uti ad comprobandum propositum suum, ubi de incertitudine Chronologiae Danica & Gothica; Item de Cimbris, Danis, Vandalis, Saxonibus. pag. 283.

C A P. V.

Crantzium temporum ratione perperam astruere antiquissimam Saxonum sedem esse Vesvaliam: ubi de utilitate Saxonis Grammatici; de certitudine Chronologiae Frisonica: ubi de Juthone, Saxone, Dano, Angelo, & ceteris antiquis Saxonibus, ac Frisii, ac Danis; & origine regni Danici. p. 302.

C A P. VI.

Personarum illustrium ratione perperam astruere Crantzium,
anti-

I N D E X.

*antiquissimam Saxonum sedem
esse Vesvaliam: ubi de precipuis
& antiquissimis Saxonum Duci-
bus; item origo controversia inter
Saxones ac Danos de Futhia. pag.*
319.

C A P. VII.

*Rerum gestarum ratione perpe-
ram astruere Crantzium, Saxo-
num sedem antiquissimam esse
Vesvaliam: ubi brevis Chronolo-
gia rerum Saxonicarum ab initio
gentis usque ad Ermenfridum Tu-
ringorum regem.*
p. 332.

C A P. VIII.

*Crantzium ratione loci ex Ta-
cito perperam astruere Vesvaliam
esse primam & antiquissimam
Saxonum sedem.*
p. 352.

C A P. IX.

*Crantzium ratione loci perpe-
ram ex autoritate Bedæ astrue-
re, Saxonum antiquissimam se-
dem esse Vesvaliam: ubi de popu-
lis*

I N D E X.

lis titulos facit, & ex Vitis futas. pag. 366.

C A P. X.

Qui sint apud V. Bedam Vita, & cur apud Saxonem, & apud Crantziū appellantur futha: ubi de futhone seu Vithone; item de controversia inter Saxones ac Danos de Vitlandia: ubi Joan. Goropius à Crantzio deceptus. p. 375.

C A P. XI.

Perperam asserere Crantziū eosdem esse Anglos & Saxones, & quæ sit apud Crantziū, quæ sit apud Bedam vetus Anglia: ubi de nugis Goropii, & figmentis Crantzii. p. 389.

C A P. XII.

Aliam esse Saxoniam antiquam apud Crantziū, aliam apud Bedam, & cui inhaerendum sit; ubi de tribus diversis Saxonum sedibus. p. 418.

C A P.

I N D E X.

C A P. XIII.

Saxones in Vesvalia ante Carolum Magnum nullas habuisse sedes: ubi de Frisone, Saxone, & Brunone, & eorum posteris; de terra Vimodia sive Bremensi; de Osvalis & Vesvalis; & quod non ex Saxonibus, sed ex Vandalis sint.

pag. 424.

C A P. XIV.

Quæ sit ratio nominis Vesvalici & Osvalici: ubi varia authorum opiniones de etymologia nominis Vesvalici; Vesvalos & Osvalos esse Vandalos; insignia vetera Saxonum, & Angrivariorum; Vandalicæ gentis amplitudo; Vandalorum nomina diversa, sedes; quando Osvaliam & Vesvaliam occuparint; Frisiorum res cum Vesvalis.

P. 453.

C A P. XV.

Quæ sit causa nominis Saxoni-

*** 2

ci

INDEX

*ci in Vesualia: ubi 3. causa hujus
rei proponuntur: ubi de Bruno-
niis, Angrivariis, ac Frisiis; de
Hengisti majoribus ac posteris; de
coloniis Frisorum in Angliam ve-
terem duce Hengisto missis; re-
gum Frisicorum series usque ad
Hengistum; de Dagoberto a Fri-
siis contumeliosè tonso; de Beroal-
do Frisorum rege per Clotharium
Francorum regem interfecto; de
Frisorum regno subactò, & sub-
acta Vesualia; de terra Brun-
svicensi per Saxones occupata; de
erronea Saxonia divisione. pag.
481.*

LIBRI TERTII

CAP. I.

*Quod Saxones fuerint Mace-
donici exercitus reliquia.*

p. 517.

CAP. II.

*Pertexitur reliqua de Frisone
historia ex Archivis Frisorum:
ubi*

I N D E X:

ubi de testimoniis externis presentem historiam confirmantibus.
pag. 520.

C A P. III.

Quibus argumentis historiae praesentis veritas comprobetur: ubi de Rythmis patriis. p. 524.

C A P. IV.

Quae fuerint antiquitatum conservandarum firmamenta Frisiis praeter ceteris Germanis olim peculiaris: ubi de Gymnasiis Frisorum à Frisone olim institutis; de Bibliothecis. p. 528.

C A P. V.

Frisonis fratres fuisse Brunonem & Saxonem: ubi de plurimis institutis antiquis, quae Frisiis olim cum Saxonibus fuerint communia; insignia Frisorum & Saxonum; de Vitekindo, ejusque insignibus; quod idem ante baptismum Ludgerus dictus sit; quod Frisiis infensus & ab illis tandem

3

cap.

INDEX.

captus, & Carolo Magno traditus. pag. 534

C A P. VI.

De patria Fresonis Frisiorum progenitoris: ubi de Prasias; de orthographia nominis Fresici. p. 556.

C A P. VII.

De Majoribus Fresonis: ubi de Agramme Fresia veteris Palibothro seu tyranno apud Indos. p. 566.

C A P. VIII.

Peregrinatio & adventus Fresonis & fratrum ejus. p. 568.

C A P. IX.

Ubi, & quamdiu, & qua conditione cum Fresone fratres ejus versati sint. p. 571.

C A P. X.

Quando, & quò fratres à Fresone discesserint, & quæ post fratrum discessum Freso egerit: ubi de primis horum fratrum sedibus. p. 572.

C A-



CATALOGVS
AUTHORVM,

Qui in hisce tribus libris
de *Origine Frisiorum* à
nobis citantur.

A.

A Bbas Urspergensis.
Abrahamus Ortelius.
Achilles Gassarus.
Adamus Bremensis.
Adrianus Junius.
Æneas Sylvius.
Albertus Crantzius.
Albertus Stadenfis.
Alexander Nevillius.
Anaximander Milefius.
Andreas Althamerus.
Andreas Cornelius.
Antonius Sabellicus.
Appianus Alexandrinus.
Apulejus.
Archytas Tarentinus.
Aristoteles Stagyrta.
Authmarus Franc.
Chron.

B.

Beda.
Beatus Rhenanus.
Berofus.

*** 4

BHF

I N D E X.

Bilibaldus Birckhaimerus.
 Fl. Blondus.
 S. Bonifacius Episcopus.
 Boëtius Epo.

C.

C. Julius Cæsar.
 Cappidus Stauriensis.
 Caspar Peucerus.
 Cato.
 Christianus Cilicius Cimber.
 Christianus Massæus.
 Claudianus.
 Clitarchus.
 Conradus Peutingerus.
 Conradus Celtes.
 Cornelius Kempius.
 Cornelius Tacitus.

Chronica	{	Tongrensiũ.
		Leodiensium.
		Hollandorum.
		Frisiorum.
		Saxonum.

D.

David Chytræus.
 Democritus.
 Dicæarchus Messenius.
 Dion Nicæus.
 Dionysius Halicarnass.
 Diodorus Siculus.
 Doracus.

E.

Empedocles Agrigentinus.
 Eguinartus Francus.
 Ephorus Cumæus.

Epi.

I N D E X.

Epicurus.
Eutropius.
D. Eyco.
Ernestus Brotuff.

F.

Franciscus Accursius.
Franciscus Irenicus.
Folkerus Simonis.
Festus Pompejus.

G.

Gemma Frisius.
Godefridus Viterb.
Gobelinus.
Gregorius Turonensis.

H.

Heador Boërhuis.
Henricus Bebelius.
Henricus Bunting.
Henricus Glareanus.
Henricus Pantaleo.
Henricus de Hervordia.
Helmoldus.
Hermanus Nevenarius.
Hermanus Hamelmannus.
Herodotus.
Hesiodus.
D. Hieronymus Stridonensis.
M. Hieronymus Hemminges.
Homerus.
Hubertus Thomas.
Hunibaldus.
Hunfredus Lhuyd.

I. Iacobi

INDEX.

I.

Iacobus Mejerus,
 Ioachimus Hopperus.
 Iodocus Villichius.
 Ioan. Becanus Canon. Ultra.
 Ioan. de Essendia.
 Ioan. Funccius.
 Ioan. Flieterpins.
 Ioan. Goropius Becanus.
 Ioan. Magnus Gothus.
 Ioan. Naclerus.
 Ioan. Trithemius.
 Ioan. Saxonius.
 Iornandes.
 Iulius Florus.
 Iulianus Apostata.

L.

Lucanus.
 Lucianus.
 S. Ludgerus.
 Ludovicus Guicciardinus.

M.

Macrobius.
 S. Marcellinus.
 M. T. Cicero.
 Matthias de Miechou Cracoviensis.
 S. Methodius.
 Moyfes.

N.

Nicolaus Cifnerus.
 Nicolaus Perrottus.

O. Ocel-

INDEX.

O.

Ocellus Lucanus.
Occo Scarlensis.
Olaus Magnus Gothus.
Oppianus.
Orodocus.

P.

Parmenides.
Paulus Diaconus.
Paulus Amylius.
Paulus Orosius.
Petrus Albinus.
Petrus Divæus.
Petrus Paryus Danus.
Philippus Beroaldus.
Philippus Melanthon.
Plato.
Plinius Secundus.
Plutarchus.
Polybius.
Pomponius Mela.
Posidonius.
Ptolemæus.
Pythagoras.

R.

Raphaël Volaterranus.
Raimundus Marlianus.
Reynerus Reineccius.
Robertus Gagvinus.

S.

Saxo Grammaticus.
Sebast. Munsterus.
Sextus Rufus.

Solco

I N D E X.

Solco Fortemanus.
 Suffridus Sterckenburgius.
 Steph. de Urbibus.
 Strabo.

T.

T Heophrastus.
 Titus Livius.

V.

V Alerius Maximus.
 Varnerus Rolevinck.
 Vellejus Paterculus.
 Viglius Zvichemus.
 Vilhelmus Heda.
 Vitekindus Saxo Monach. Corbei.
 Volfgangus Lazius.
 Vorperus Thaborita.
 Vilhelmus Xilander.

X.

X Enocrates.

Z.

Z Eno Citizus.

S U E-



SUFRIDI PETRI

LEOVARDIENSIS

V. J. C.

DE

ANTIQUITATE

ET

ORIGINE

FRISIORUM

LIBRI PRIMI

CAP. I.

*Utilem & honestam esse omnibus
mortalibus inquisitionem de Origine
& Antiquitate sue gentis, &
quomodo hic Auctor in ea versaturus sit.*

Cum de situ, quantitate,
qualitate, proventu, com-
modis, & incommodis
Frise, de Frisorum etiam insti-
tutis, moribus & natura, quan-
tum

tum propositi nostri ratio postulabat, superioribus libris dictum sit, consequens esse videtur, ut jam explicemus, unde & quo tempore Majores nostri in hasce sedes venerint. Quemadmodum enim in singulis hominibus, ubi virtutes cujusque cognovimus, tandem etiam de ætate percontamur: Ita etiam postquam gentium integrum indolem atque industriam perspexerimus, antiquitatem earum & originem scire desideramus.

*Cause
tur inquir-
tendæ sunt
majorum
origines.*

*Com-
mutatio
Ætæ pub.*

Utrobique enim tum demum acquiescimus, cum effectui suo dignam causam deprehendimus. Nec verò puerile hoc studium aliquis existimet, aut quod ad inanem quandam ostentationem tantummodo suscipiatur. Cum usus ejus in primis ad communem societatis humanæ profectum spectet. Nam cum Divina Providentia per Moysen nobis communem totius mundi æram non alia ratione, quam per Patrum genealogias confecerit, cujus calculatione ab ipso Moyse ad primum usque generis humani authorem pervenimus, dubitandum non est, quin Deus hujus exem-

FRISIORUM LIB. I. 3

exemplo in singulis gentibus per
scriptores suos ex genealogia, aut
successione Principum aram pe-
culialem contexi veli, quæ com-
muni aræ Mosaicæ suo ordine
adaptari commodè possit: hac enim
ratione Providentia Divina maxi-
mè illustratur. Cum ex una velut
arbore Mosaica reliquarum gen-
tium quasi rami quidam depen-
deant, ex quibus æstimari queat,
quò tempore & quatenus earum
quæque vel ad Monarchiæ civilis,
vel ad Ecclesiasticæ Cathedræ
usum accesserit, aut ab eo rursus
decesserit. Huc nimirum spectat
quod apud Psalmistam dicitur
(Psalmo 202.) Scribantur hæc pro
generatione altera, & populus qui
creabitur, laudabit Dominum, &
Psalmo 78. quæ audivimus &
cognovimus, quæ Patres nostri
narraverunt nobis. non celabimus
ea filios & posteritatem eorum,
ut cognoscat generatio altera, ut
ponant in Deo spem suam, & non
obliviscantur operum Dei, &
mandata ejus servant. Hinc etiam
proximè dependet oraculorum di-
vinorum solida interpretatio, cum

2. Prop-
phetiarum
solida in-
terpreta-
tio.

A 2 even-

eventu ipso verificata deprehenduntur, quæ Spiritu Prophetico prædicta fuerant. Exemplo sit genealogia Salvatoris nostri, in qua à primo Adamo usque ad ipsum Christum personarum series ita continuatur, ut eventus declaraverit, ex linea Semi natum esse Messiam, ex qua nasciturum esse Spiritu Prophetico Moyses prædixerat. Nec enim quisquam putet gentem ullam sub sole esse tam obscuram, quæ Deo non sit curæ.

3. Pietatis erga Deum, & mutua benevolentia inter gentes conservatio publicæ.

Quin etiam hoc studium tum ad pietatem erga Deum concipiendam, tum etiam ad benevolentiam inter omnes gentes conciliandam plurimum momenti habet. Nam si singulæ gentes per suas genealogias progressæ simul in communem Moysis genealogiam conveniant, res ipsa nimirum nos admoneat, omnes homines, ut fratres, ex uno eodemque Parente esse propagatos, & proinde unum eundemque Deum hujus Conditorum solum esse colendum ea religione, quam ipse verbo suo complexus humano generi per Filium suum & Spiritum Sanctum pate-

FRISIORUM LIB. I

fecit. Singulis etiam gentibus hoc studium conducit, cum ex antiquitate immunitates ac privilegia, quæ personis, rebus, causisque variè conceduntur, pondus ac robur accipiant. Hinc enim Jurisdictionum, Nundinarum, Vestigialium, Scholarum & similibus fundamenta pendent, quæ non modò ad necessitatem, sed etiam ad ornamentum Reipub. spectant.

Quin & privatim quoque singulis hominibus conferet hoc studium, cum non aliunde nobilitatis suæ certius documentum adducere quisquam possit: quam ex familiaris suæ antiquitate & majorum suorum imaginibus quàm altissima serie deductis. In commune verò hoc studium fructum hunc adfert, quæ futuros Ecclesiæ atque Politicæ Antistites acueret, omnis ordinis omnisque conditionis homines privatos ad virtutes exsuscitaret, à vitiis abducere queant. Quanquam igitur vel solæ illæ supradictæ causæ satis momenti apud nos quidem habuerint fuerant, tamen & gratitudinis interim ratio nos acrius ex-

4. Singulorum gentium privilegia.

5. Singulorum hominum privata utilitas.

6. Communis omnium hominum utilitas.

7. Gratitude & memoria parentum & majorum nostrorum.

De ORIGINE

stimulat ad originem gentis nostrae diligentius inquirendam. Nam sane cum ortus nostri partem Patria, partem Parentes sibi vendicent, non immerito prima cura deberi videatur cognoscendis maioribus nostris, quibus non modo Patriam, sed & Parentes etiam nostros acceptos ferimus. Hi enim Patriam ipsam in qua nascimur, sanguine & sudore suo nobis preparaverunt, hi Parentes nobis progenuerunt, qui eam ab illis acceptam indultamque exultantem qualis nunc est per manus nobis tradiderunt. Illis igitur propagationem, spiritum, vitam ipsam, illis quicquid ingenuitatis, dignitatis, nobilitatis habemus, illis in agnes nostras, illis insignia, illis gentilitia decora, & privilegia universa debemus. Quibus proinde ut omnis incolumitatis, felicitatis & salutis nostrae genuinis auctoribus indagandis ac pro merito celebrandis, omne officium, studiumque nostrum gratitudinis ergo debemus. Ad quod proinde praestandam non Ethnicorum duntaxat, sed & Christianorum quoque,

8. Ex-
empla ve-
terum.

FRISIORUM LIB. I 7

quæ, atque adeo veterum etiam
 Patriarcharum exempla nos exsti-
 mulant, apud quos omnes & sin-
 gulos in quanta veneratione gen-
 tilitiam antiquitatum deductio
 semper fuerit, testantur Græco-
 rum, Romanorum, Germano-
 rum, Danorum, Gothorum Ric-
 hmi parij in epulis cantari soliti,
 restantur diversorum tam Histori-
 corum, quàm Poetarum apud
 diversas nationes publicata scrip-
 ta, quibus proinde & nos haud
 gravatim respondemus. Nec verò
 nobis in hoc quidem negotio mag-
 nopere laborandum fuerat, si,
 quæ vera nos esse arbitrabamur,
 ea solum proponenda esse puta-
 remus. Iam verò cum obstantibus
 opinionibus dubijs & controversis
 ad veritatem aditus non pateat,
 nisi remotis fallis, nos huic que-
 stioni peculiares tres hosce libros
 deputavimus. In quorum Primo
 erroneas de origine Frisiorum opi-
 niones ordine paucis ac dilucide
 confutabimus. Secundo objecta
 quædam diluemus, quæ à diversis
 contra assertionem nostram oppo-
 nitur. Tercio sententiam no-
 stram.

Quo mo-
 do auctor
 in hoc
 opere de
 origine
 Frisiorum
 versaturus
 sit.

Lib. 1

Lib. 2.

Lib. 3.

A 4.

stram.

De ORIGINE

stram ab initio propositam diligentius prosequemur, ac dilucidis argumentis confirmabimus. Le-
 stor interin liberum ubique iudicium suum relicturi. Quod semel hic in initio istius operis dictum volumus, ne sæpius inculcandum
 Et

Proba-
 Ratio Au-
 thoris,

C A P. II.

De Antiquitate Frisiorum

Præ-
 antiquis-
 mis scrip-
 toribus
 præfenti
 homi-
 ne Patria
 notis,

Antiquissimam autem esse Fri-
 siorum gentem, nemo (quod
 ego quidem comperi) hætenus
 dubitavit. Et alioqui satis inde
 liquet, quod ab antiquissimis Geo-
 graphis & Historicis Græcis &
 Latinis, Strabone, Ptolemæo,
 Plinio, Tacito, & alijs nomi-
 netur; quod & sedem eandem,
 quam ipsi ei attribuerint adhuc
 obtineat, & idem quoque no-
 men in hunc usque diem conser-
 vet, quo ab istis appellata fuit.
 Reliquæ enim gentes omnes fere
 Germanicæ, attestantæ etiam B.
 Rhenano & Wolfango Lazio,
 vel sedes veteres reliquerunt, vel
 no-

FRISIORUM LIB I

nova nomina assumpserunt. In
 remotis id probare nihil est ne-
 cessè, cùm in proximè vicinis res
 ipsa loquatur. Hollandiæ nomen
 recens est, & Græcis istis Lati-
 nisque Scriptoribus prorsus in-
 cognitum. Recens est & nomen
 Ultrajectinæ Ditionis & Trans
 Isulanæ, & istis æquè inauditum.
 Nomen Westphaliæ isti Scripto-
 res nunquam audiverunt. Nomen
 Geldriæ ante Christi annum 878.
 nulli auditum fuit. Saxonia quæ
 nunc dicitur, veterum Saxonum,
 quos Ptolemæus norat, sedes non
 fuit. Sic ut recentioribus Scripto-
 ribus difficillimum sit definire,
 sintne eadem istæ vetustæ gentes,
 mutatis tantummodo nominibus,
 an aliæ sint istis remotis, quæ in
 præsentî sedes supradictas in con-
 finio Frisiæ tenent. De Frisijs in-
 terim ipsis nulla controversia, nul-
 la quæstio est. Itaque ut candidus
 Lector habeat aliquid solidi, quo
 de Gentis nostræ antiquitatè ju-
 dicare queat; scire debet, nos
 Principum successiones, Nobilium
 familias, urbium etiam, pago-
 rum, & castrorum foundationes,

Gentis
 Frisijs vlt
 c. 10. 1
 multa ve
 tera amie
 serunt.
 aut sedes
 mutata sunt

Friso-
 rum anteq-
 uitas &
 altior &
 certior
 quam alia-
 rum gen-
 tium in
 Germaniâ

si non alius, at certe longè cer-
 tius posse deducere quam illa
 Germanicarum gentium alia. Da-
 ni enim, tamen antiquissimi sunt
 & Filij æquales in origine gen-
 tis, ut infra patebit, rationem
 tamen temporum ante Frothonem
 tertium, sub quo natus est Chri-
 stus, nullam definitam habent,
 Francie si vetustissimi sunt, tamen
 & nominis & sedium controver-
 siam patiuntur, ita ut æra sue
 caput unum & continuum non
 habeant, neque iustam Chrono-
 logiæ certitudinem ante Carolum
 Magnum præstent. Cæteri au-
 tem populi fere omnes, qui in
 Germania sunt, aut nominibus
 aut sedibus mutatis supradictis
 illis recentiores habendi sunt. Fri-
 sii ve-ò qui & nomen idem &
 solum hætenus tenent, quod ab
 initio habuerunt, uno eodemque
 filo rerum gestarum rationem à
 principio ad finem usque dilucidis
 temporum intervallis recensere
 possunt. Itaque cum ab anno an-
 te natam Christum 312. exor-
 dium sumant, & Reipublicæ
 suæ formam quatuor vicibus ab

Reipub.
 Frisonicæ
 4. vices.

FRISIORUM LIB I

eo tempore mutaram experti sint,
dilucidis annorum spaciis deter-
minant, quantum temporis Prin-
cipibus, Ducibus, Regibus us-
que ad Carolum Magnum; quan-
tum Potestatibus usque ad Anar-
chiam, quantum factiosis usque ad
Carolum Quintum, quantum
Dominis porro in hunc usque
diem tribuendum sit. Ab eodem
exordio quo Principum, etiam
Srautensis urbis originem arces-
simus, quæ ut Frisici Regni ca-
put olim fuit, ita etiam antiqui-
tatis ergo inter omnes Anseaticas
Civitates hætenus apud Regem
Daniæ, ea prærogativa gaudet,
ut per fretum Danicum, quod
Sundam vocant, naves ejus mer-
cimoniorum gratia, emporia orien-
talia petituræ reliquis expectanti-
bus primæ transmittantur. Ab
eodem item exordio nobilium
aliquot familias deducimus, quæ
continuata parentum ac filiorum
successione, in hunc usque diem
posteritatem suam transmiserunt
primævis nominibus & insignibus
conservatis. Itaque mille adeo &
nongentis annis continuis diluci-

Principi-
um urbis
Stauriz
& privile-
gium.

Nobi-
lium fa-
milie in
Frisia.

Antiqui-
tas Are
Frisonicæ.

DE ORIGINE

Certitudo
eiusque
originis
fontes

a Lb. 3.
cap. 10

Jam historiam ex Archivis nostri expedire possumus, ejusque praesidio non modò Romanorum quatenus in Germania gestæ sunt, sed & Danorum, & Francorum, & Saxonum, & Tungrorum, & Austrasiorum, & Flandrorum, & Hollandorum, & reliquorum Germanicæ populorum rebus plurimum lucis adferre possumus, quæ bellis, connubijs, commercijs inter has gentes ac nostram habitis evidenter patet. Cujus certitudinis rationes dilucidas ac solidas infra suo loco reddituri sumus.

C A P. III.

In Quæstione de Origine cujusque gentis primò discutiendum esse, sine indigena vel advena, & qua significatione hæc accipienda sunt.

Considerata Gentis antiquitate de origine ejus jam consequenter agendum restat, ubi prima quæstio se offert discutienda, sintne Frisij indigenæ an advenæ? Sed cùm hanc differentiam aliter Ethnici, aliter Christiani accipiant,

FRISIORUM LIB. I. 13

piant, ante omnia hæc explicari
debet, ne nominum ambiguitas
Lectori nebulas offundat, quæ diffi-
cultatem pariant, cum aliter
Ethnici, aliter Christiani indige-
nas & advenas intelligant. Ethni-
ci enim alii genus humanum ater-
num fuisse & exordio caruisse pu-
tant, sicut de Pythagora Samio,
Ocello Lucano, Archita Taren-
tino, cunctisque adeo Pythagori-
cis, itemque de Platone ipso &
Xenocrate & Dicæarcho Messe-
nio, cæterisque veteris Academiæ
Philosophis, item etiam de Ari-
stotele ac Theophrasto, aliisque
Peripatheticis non ignobilibus ac-
cepimus, qui hujus opinionis suæ
argumentum proferunt, quod ne-
gent omnino posse reperiri, avesne
ante an verò ova generata sint;
cum & ovum sine ave, & avis sine
ovo gigni non possit: Alii verò
genus humanum quod antea non
fuerit aliquando cepisse conce-
dunt, sed diverso modo. Poetæ
enim maximè vel ad molle lutum
Promethei, vel ad duros lapides
Deucalionis ac Pyrrhae generis hu-
mani originem referunt. Philo-

Ethnici
quomo-
do indige-
nas & ad-
venas in-
telligant.

14 De ORIGINE

sophi quidam ut Anaximander Milesius, Empedocles, Parmenides, Democritus, & Epicurus ex patrefactione terra atque aqua homines ultro natos esse asseruerunt. Zeno Citius principium humano generi ex novo mundo constitutum putavit, primosque homines ex solo admisculo divini ignis, id est, Dei Providentia genitos; vulgo interim id persuasum mansit, quarundam saltem gentium, quæ ex adventitia stirpe non sunt, principes, terrigenas esse. Unde & hæc *αὐτόχθονες* vocant, velut ex ipsa terra in qua morantur natos: Illas autem quæ aliunde accesserunt *πρόχθονες*, hoc est advenas appellant. Ex hac opinione nata contentio est inter gentes illas, quæ *αὐτόχθονες* haberi volunt, de Antiquitatis prerogativa, in quibus præcipui fuerunt Ægyptii atque Arcades. Ægyptiis enim vulgari proverbio hanc palmam tributam fuisse, testatur Lucianus, utpote qui multa annorum millia ex Archæis suis ostentarent: Arcades autem se Luna ipsa Antiquiores esse jactarunt. Hujus

litis

Contentio de Antiquitatis prerogativa inter gentes quæ indigenæ haberi volunt. Plamontichi ex perimetum in pueris de primativa lingua.

FRISTORUM LIB. I. 15

liis disimendæ cura sollicitavit
 Psammethum Ægyptiorum Re-
 gem, qui testa Herodoto pueros
 duos recens natos pastori educan-
 dos tradidit, ac simul interdixit
 festo, ne coram eis vocem aliquis
 ederet, sed solitaria in casa sine
 hominum commercio à capra
 nutrios biennium diligenter ob-
 servari iussit. Tum exacto biennio
 pastorem, qui puerorum nutrica-
 tionem susceperat, uti iussus erat,
 janua in casa apertisse, ac ambos
 clamantes infantem audivisse Bi-
 zæ, Beccus, quod prius audiens
 pastor obrucit. Cum vero crebrius
 adeunt & observanti idem ver-
 bum ab infantibus ederetur, rem
 ad Regem retulit, ejusque jussu
 pueros exhibet. Quos cum & ipse
 Psammethus audivisset, iussit
 fieri inquisitionem quinam morta-
 lium beccis in lingua vocem ha-
 berent familiarem, quod curiosè
 perquirens, comperit Phrygas sic
 panem vocare. Quo argumento
 confortati deinceps Ægyptii Aca-
 desque contentione hac cesserunt,
 & penes Phrygas porro antiqui-
 tatis prærogativa mansit. Unde
 Apu-

Apulejus in Asino suo aureo lib. II
Phrygas primigenios, Pessinuntios
cos nominat, cui & Claudianus
subscribit iniquiens:

— — — — — Dat cuncta verissimam
Principium Phrygius, nec rerum
Aegyptius ultra
Restituit, humani postquam puer
uberis expers
In Phrygiam [primū] laxavit
murmura vocem.

Sed hæc cordatioribus etiam
Ethnicis, ut erant, delirantium
sonnia visa sunt. Ideoque consi-
miles de antiquitate incomperta
nugas Beckeselana proverbiali
scommate vocaverunt, voce una
ridiculè ex duabus conflata, Bee-
ke scilicet, quæ panem & selana
quæ lunam significat, quarum
quæque suis authoribus imitatores
eorum appposito symbolo consimi-
les argueret. Interim verò Cor-
nelius Tacitus Germanos gentem
indigenam, hoc est *avrixorum* vo-
cavit, quod in ipsa Germania &
non alibi natos esse crederet pri-
mos Germanicæ gentis progeni-
tores. Christiani igitur, qui di-

Come-
lus Taciti
opinio de
Germani-
is.

VINO

vino beneficio per Moysen de Christiani
quomodo
indigenes
& adve-
nas accē-
piant.
 generis humani origine melius in-
 structi ex Arca Noë omnium gen-
 tium archegos educunt, nullos
 homines in hoc mundo indígenas
 esse sciunt, cum omnes omniuo
 post diluvium in terram nulli pro-
 priam, sed cunctis alienam, hoc
 est ex aquis descenderint in cam-
 pum Sennear, & proinde omnes
 advenę sint. Nunc igitur cum ex
 posteris ejusdem Noë post confu-
 sionem Babylonicam in diversas
 mundi plagas dispersis omnes na-
 tiones propagatę sint, Indigenas
 nos eas gentes nunc usitate voca-
 mus, quę sedes istas primitivas,
 in quas à Ducibus primo adventu
 deductę sunt, continenter inco-
 luerunt: Advenas dicimus quę
 his relictis alias occuparunt. Hac
 igitur significatione Albertus
 Crantzius, B. Rhenanus, Her-
 mannus Newenarius, & complu-
 res alij Germanos indígenas ap-
 pellarunt. Hac etiam significatio-
 ne Lud. Gwicciardinus Frisos
 indígenas esse pronunciavit, &
 opinionis hujusce suę authorem
 producit Viglium Zvichemum,
 nec

nec desunt etiam alij qui hisce
suffragentur, non alia, ut puto,
ratione ducti, quam gentis illa
supradicta antiquitate. Sed hoc
lubricum est, cum ante eorum
adventum satis temporis effluxe-
rit, ut alij hanc terram habitare
potuerint, & Frisij supervenien-
tibus ea cedere, ut infra decla-
rabitur.

CAP. IV.

*Frisiam Ab Eventu Nomen non ac-
cepisse.*

NObis igitur singularem discu-
tendum est, quid in his ver-
rum & sincere sit, si prius de-
claraverimus Frisiam ab eventu
non accepisse nomen ut quidam
putant, qui Frisici nominis Ety-
mologiam non à conditore gen-
tis, sed ab aliquo actu & pecu-
liari quodam studio gentis, aut
qualitate terræ arcessunt. In ho-
rum numero est author Chronico-
rum Hollandiæ: Afferit enim
Valentinianum Cæsarem, eam
terram, quam Sylva Feralis à Ba-

tam separabat, ob frigus in- Frifia 3
frigore
non dici-
tur.
 folium appellasse *Frieslandt* / id
 est terram gelatoriam. Unde *Frifia* porro dicta fit à vernaculo ver-
 bo *Frieftu* / quod gelare significat.
 Ex confimili eventu Græci (ut
 quidam putant) olim Germanos ac
 Gallos communi nomine *Celtas*,
 hoc est, frigidos appellarunt, quod
 hi comparatione earum gentium,
 quæ ab adverso Alpium habitant,
 in frigore degant, quod Germa-
 ni *Kelte* vocant. Sed hoc ridicu-
 lum est Græcos Germanis ac
 Gallis, Italos *Frisijs* nomina po-
 fuisse, quæ significationem ex Ety-
 mologia linguæ vernaculæ du-
 cant; propius ex vocis profono-
 masia Iulii Georgius Dux Saxo-
 niæ, qui nimis belli expensis
 in *Frisiam* subigendam factis of-
 fenfus, postquam audivisset *Fri-
 fios* olim *Frefos* fuisse dictos, meri-
 to eorum patriam non *Frieslandt* /
 sed *Freflandt* / hoc est, terram
 voratoriam appellandam esse di-
 xit, utpote quæ ipsi totam penè
Mifiam devorasset ac *Thuringiam*.
 Hic enim Germanus ad af-
 fectum suum vocis significationem
 de

Frifia 4
 vorando
 non dici-
 tur.

Frisij à
Phrygi-
bus aut à
libertate
non di-
guntur.

de proximo non inueniſtè detor-
ſit, ita ut ſcommatis locum ex-
pleret. Wolfgangus Lazius, Fri-
ſios à Phrygibus, Phryges ipſos à
libertate deducit, quam hoc no-
men ſignificet, ut infra declara-
bimus latius. Hadrianus Iunius
Friſios itidem ac Francos à liber-
tate dictos eſſe contendit. Cujus
ea de re ſententiam, quod etiam
alibi nobis uilis futura eſt, ad-
uerbum hic ſubjiciemus ex Bata-
via ejus cap. 3. „Ubi Friſios (in-
„quit) à Phrygijs ſi Deus placet
„genitalem ortum trahere, ſunt
„inter nugivendos & fabulatores,
„qui non dubitarunt ſcriptis tra-
„dere Duce & nominis primo
„authore Grunio Phryge, qui de
„ſuo nomine Gruningam urbem
„in Friſijs condiderit, ædificato
„ibi admirando operis templo,
„columnis Phrygijs crediderim
„ſulto, ut nullum tam impudens
„reperitur mendacium, quod
„authore caruerit. Hæc gens ut
„& Francica, certè conjuncta,
„ſi non eadem, ut dicetur poſtea,
„eandem prope gloriæ hæredita-
„tem cernere ambitu quodam,
„&

„ & peculiari tuendæ libertatis
 „ studio videtur pari ardore ope-
 „ rata, quæ nominis occasio utris-
 „ que fuit, certè hi se liberos
 „ Frisios proverbiali dictærii spe-
 „ cie etiamnum venditant, seque
 „ Caesarum necessarios cognatos-
 „ que ipsi nuncupant, referentes
 „ id opinor ad Carolum Magnum
 „ Francorum juxta & Frisiorum
 „ Dominum, Imperij assertorem
 „ ac vindicem, natione Fracum,
 „ hoc est liberum. Quo spectat
 „ etiam quod pleraque omnis no-
 „ bilitas inter Frisios clypeis suis,
 „ & insignibus suis dimidiatas
 „ aquilas adjiciat. Hæc Iunius ibi,
 „ quam sententiam suam & alibi
 „ rursus inculcat verbis pululum
 „ mutatis inquitens. „ Frisiam à Phry-
 „ gia genitali patria dictam sunt
 „ qui scribunt, alij à gelu extre-
 „ mo quo ditio rigeat nomen de-
 „ rivant. Abbas Spanhemienfis
 „ auctoritate Hunibaldi terribili
 „ historicæ veritatis corruptoris à
 „ Friso Clodionis Criniti Fran-
 „ corum Regis filio nomen acce-
 „ pisse fabulatur, quasi non mul-
 „ tis ante, sæculis Plinius ac Ta-
 „ ci-

, cum illo nomine eos nove int
 , ego ad libertatem cujus studio
 , semper flagrant non minus ton
 , tes referendos existimo. Hec
 Iunius, quibus non minus se ip
 , sim quam alios confutat. Nam
 si Frisij hoc nomine, ut hic di
 cit, à Plinio ac Tacito cogniti
 sunt, utique nomen hoc à Ca
 rolo Magno adepti non sunt, ut
 eundem innuere videbatur. Dein
 de si Frisios inde dictos concedi
 mus, quod cupiant esse liberi,
 qui Germanica lingua Fri dicun
 tur, quid obstat quo minus om
 nes populi rectè Frisij dicantur
 cui detrectant jugum servitutis?
 Nos igitur huiusmodi conjecturas
 illis relinquamus, qui suis Ety
 mologiis veras gentium origines
 perverunt. Frisij enim à Frisone
 suo conditore denominantur, nec
 aliud quicquam significat Frisia,
 quam Frisiorum terram, sicuti
 Saxoniam dicimus terram Saxo
 num. De libertate autem Frisio
 rum, quam in primo gentis ac
 cessu ordines Germaniæ illis con
 tulerant, & luxatam Carolus
 Magnus restauravit, sicut & de
 ib.

Frisij
 unde di
 cantur.

in signibus eorum suo loco diligenter dictari sumus.

C A P. V.

Quid Ineptæ sint Rationes Cornelii Taciti, quibus docere nititur, Germanos esse indigenas.

IAm igitur ut ordine omnia peragamus, primum Cornelii Taciti opinionem utinemus, qui Germanos, inter quos & Frisios comprehendit indigenas esse prænunciavit. Cui si quis objicit, ut cur non etiam hodie in Germaniâ homines è terra nascantur, ubi etiam nunc semina limus habet virides generantia ranae. Respondit ex communi sententia omnium Philosophorum, defuisse ubique jam id fieri, ex quo indurata iusto magis gleba fuit, quam ut ad hujusmodi generationem idonea maneret. Itaque olim adhuc apto luto ex terra sua Germanos esse natos, tribus argumentis declarare nititur in eo libello, quem conscripsit de moribus Germanorum, quæ nos ver-

Germanos in Germania non esse Tacit
3. argumenta colligit.
1. Argum. Tacit.

bis

bis ipsius hic proposita paucis di-
 luemus. Ait Tacitus. Ipsos Ger-
 manos indigenas crediderim, mi-
 nimeque aliarum gentium adven-
 tibus & hospitij mixtos, quia
 nec terra olim, sed classibus „ad-
 „vehebantur, qui mutare sedes
 „queriebant, & immensus ultra,
 „utque sic dixerim, adversus
 „oceanus raris ab orbe nostro
 „navibus aditur. Ex itineris dif-
 ficultate arguit Germanos aliunde
 non advenisse, quia scilicet adve-
 nire nec mari possent, nec terra so-
 leant accedere. Utrumque hoc
 æquè frivolum est, etsi enim Ta-
 citus fortè non legerit, quæ gen-
 tes ex media Scythia pedestri ite-
 nere in Germaniam vicissim trans-
 fierint, ignorare tamen Brennum
 non potuit, qui ex Gallia pede-
 stre exercitum in Italiam, &
 hinc porro in Græciam duxit, &
 Galatas ibi condidit: non potuit
 ignorare Cymbros, qui ex Ger-
 mania extrema profecti idem iter
 ingressi, Galliæ, Italiæ, Græ-
 ciæ, Hispaniæquè magnam par-
 tem pervagati, satis declararunt,
 patere terrestre iter ex Germania
 quo-

quocunque terrarum se copiarum iustis
 praefectis instructae converterint,
 ut dubitare nemo possit, quin &
 aliunde consimili itinere in Ger-
 maniam aditus pateat, ut exem-
 plo suo etiam Romani ipsi decla-
 rant, quod ignorare Tacitus
 non potuit. Quod si autem olim
 classibus advehebantur, qui sedes
 mutare querebant, quid obstat,
 quo minus & Germanos proinde
 classibus olim advectos fuisse con-
 cedamus. Oceanum enim nunc ma-
 gis immensus non est, quam olim
 fuit, qui si raris ab orbe Roma-
 no navibus aditur, non aditur ta-
 men nullis. Quod & ipsum Ro-
 mani suis classibus declarant. At
 Tacitus, „ Qui sporro praeter peri-
 culum horridi & ignoti maris,
 „ Asia, aut Africa, aut Italia relicta
 „ Germaniam peteret, informem
 „ terris, asperam coelo, tristem
 „ cultu aspectuque, nisi si sit pa-
 „ tria? Secundum argumentum est,
 quo Tacitus arguit nullum esse
 commodum in Germania quo al-
 lici advenae possint. Hoc tamen
 si verum est, quæri possit ex Ta-
 cito, quid ergo Romani sectan-

2. Argum^{ti}
 Taciti,

B

tur

tur in Germania, qui tot impedi-
 dis, tot suorum civium cædibus,
 tot itinerum difficultatibus, tanto
 temporis spacio tam pertinaciter
 Imperio suo Germanos subjugare
 conantur. Interim tamen Tacitus
 ex insufficienti causarum enume-
 ratione inique infert quod vult.
 Nec enim solum voluntaria causa
 gentes externas in Germaniam ab-
 lexit, ut Romanos, qui commo-
 do suo eam invaserunt, sed etiam
 necessaria, quæ & ipsa non simplex,
 sed multiplex est. Strabo lib. 7.
 testatur omnium Septentriona-
 lium Germanorum commune esse,
 ut facile solum atque sedes propter
 tenuitatem victus mutant, cum
 nec agros colant, nec opes possi-
 deant, sed maxima ex parte ex pe-
 core vivant, eoque casas habi-
 tent, quas uno die exstruant, in-
 star Nomadum, quorum etiam
 more & imitatione rebus suis in-
 curius impositis, cum pecore quo
 visum fuerit proficiscantur. Dio-
 nysius etiam Halicarnass. Antiqu.
 lib. 1. vetustum hunc morem à
 multis tam Græcis quàm Barbaris
 usurpari scribit, ut cum populi
 mul-

multitudo in immensum excrevis-
 set, nec satis alimentorum domi-
 omnibus esset, aut aëris intempe-
 rie terra pauciores solito fruges
 prodaxisset, aut alia calamitas
 civitatem affligeret, eaque prop-
 ter, multitudo minuenda esset,
 Deo consecrantes, quęcunque eo
 anno nata essent, juvenes arma-
 tos emisisse, qui peractis sacris ad
 victus sedesque quęrendas able-
 gati quamcunque regionem aut
 armis subegissent, aut gratia ob-
 tinuissent pro patria habuisse, se-
 desque ibi posuisse. Quinetiam si
 qui populi se sedibus suis maximè
 continere cupiebant, ij tamen vi-
 cinarum gentium à tergo superve-
 nientium incursionibus identidem
 ita propellebantur, ut velut unda
 undam trudit, ita posteriores prio-
 ribus semper incumbere, & ex-
 pulsus locum eriperent, quod Ta-
 citus in Svevis ac Vandalis ac
 Cimbris ac Bojis & quibusdam
 aliis factum esse non ignoravit,
 & certè ex Casare, Strabone ac
 Dionysio cognoscere potuit. Ait
 Tacitus. „ Ipse eorum opinionibus
 „ accedo, qui Germania populos

3. Ar-
 gum. Tac-
 citi.

B 2

„ nul-

„nullis aliis aliarum nationum
 „connubiis infectos propriam &
 „sinceram, & tantum sui si-
 „gentem extitisse arbitrantur. Un-
 „de habitus quoque corporum,
 „quodanquam in tanto hominum
 „numero idem omnibus, truce
 „& cœrulei oculi, rutilæ comæ,
 „magna corpora & tantum al-
 „imperum valida, laboris atque
 „operum non eadem patientia,
 „minimeque sitim & frigore to-
 „lerare, frigora & inædiam ex-
 „solove asueverunt. Sanè hec cu-
 „de Tacitus hic Germanorum de-
 „lectum non indiligentem egit, qui
 „omnibus illis quos supradicto li-
 „bello complexus est, hanc proso-
 „pographiam communem fecit.
 „Francos igitur, & Saxones, &
 „Sicambros quia inter has nomi-
 „nationum non recenset, aut profusum
 „non novit, aut ob disparem vul-
 „tum advenas esse iudicavit. Sed
 „extra jocum, quid obstat, quo-
 „minus eodem habitu sint, qui
 „sunt ejusdem generis, tamen si aliunde
 „acceperunt? Sufficere igitur
 „hæc ad refellendum Tacitum po-
 „terant, nisi instaret Andreas Al-
 „tham

tham
 Tacit
 tur,
 ta à
 insup
 tiam
 Germ
 ipse
 tence
 man
 tanc
 prop
 rso
 Peta
 tetti
 thrin
 gar
 Sab
 um
 ricu
 cum
 Laz
 re
 his
 con
 per
 age
 cla
 gra
 du

FRISIORUM LIB. I. 29

thamernus, qui ex hoc eodem Taciti loco, quem interpretabatur, præter supradicta argumenta à nobis confutata elicit alia insuper quatuor, quibus sententiam Taciti tueretur & contendit Germanos esse *ymos* hoc est, ut ipse loquitur, verè Germanos, synchronos, indigenas, in ipsa Germania genitos, à nulla exotica ratione derivatos, quæ nos ut in proposito abutendo furtiva & usu ipso confutata consultò omisimus. Petat inde si quis volet, neque testium autoritate i terim perstringatur, quos ille Tacitus suffragari dicit. Nominat Antonium Sabellicum, Nicolaum Perottum, Conradum Celten, Henricum Bebelium, quibus & Jodocum Villichum & Wolfgangum Lazium, & quosdam alios addere poterat; neque enim testibus his quicquam proficitur, cum in contrarium testes longe plures superant, neque etiam testibus res agenda sit, ubi veritatem acta declarant; neque enim gentium migrationes, neque coloniarum deductiones ex Asia in Europam, ex

Andreas
Althame-
rus cum
suis suffia-
gatoribus
Tacitum
confirmat
in exortet

Scythia in Germaniam factę negari possunt, neque Togorma Germanicę, neque Tuisco Teuthonicę nationis Archegus aliunde in Germaniam advenisse negari potest. Quare si Athenientes, si Arcades, si Thessali, si Phryges, si Ægyptii, si qui alii sic indigenę videri volunt, ut non aliunde in suam patriam inducti sint, hi cum cochleis, ut ille dicebat, sui placeant, quantum libet. Nam quod Germanorum & Atheniensium eandem causam facit, & illorum exemplo Germanos indigenas esse contendit, quid opus est multis trutinare, cum si utrimque maximę paria sint omnia, falsum tamen sit hominem ullum nedum gentem aliquam totam ex terra genitam esse, & verum sit, omnes omnino gentes aliunde in sedes suas, quas incolunt accessisse, ut supra declaravimus. Sanę si penes Germanos veteres literarum usus fuisset, quibus quęque gens actorum suorum memoriam posteritati commendasset, minor esset occasio figuli. hisce novis, qui ex ipso pa-

triz

patria historiarum defectu aniam ar-
 ripiunt, quæ quidvis negare,
 quidvis affirmare, addo etiam con-
 fingere audeant, modo fortiter
 clamitent Germano, omnes esse
 indigenas. Nos quibus majorum
 nobiliorum providentia litteras ab
 initio tradidit, & originem suam
 significavit, Tacito tribuimus hic
 quantum debemus, & in iis quæ
 nobis aut incerta planè, aut sal-
 tem dubia sunt, illi libenter assur-
 gumus: In iis verò quæ nobis ma-
 gis explorata sunt, neque Tacito,
 neque suffragatoribus ejus ullis ce-
 dumus, sicuti Plinio, qui indige-
 nis de sua patria disputantibus
 credendum censer. Ideoque & ea
 quæ ad hunc locum illustrandum
 in primis pertinebunt, como-
 diori loco ex professo docebimus,
 quæ Frisiis, Saxonibus, Danis,
 Cimbris, ac cæteris maris Septen-
 trionalis accolis, cum Romanis,
 Siculis, Græcis, Ægyptiis, In-
 diis communia fuerint, ut planè
 mirari desinant, Cornelius Tacitus,
 Albertus Crantzius, Andreas
 Althamerus, & eorum sectatores
 quotquot sunt non modò non diffi-

Verisibus
 quantum
 tribuen-
 dum sit,
 quæ intus
 publicis
 actis cu-
 jusque
 gentis

cilem, sed etiam facilem & frequentem non minus quam hodie est, in Germaniam ex quavis mundi plaga fuisse olim navigationem,

C A P. VI.

Adversus eos qui Frisios indigenas esse contendunt: ubi de Crantzio & Strabone.

EA igitur significatione, qua ethnici hoc nomen accipiunt, Frisios indigenas non esse communis omnium Germanorum causa probat, sed ea esse qua Christiani utuntur, conjecturae non profusum de arguere videntur. Posita enim illa supradicta eorum antiquitate, quid obstat quo minus Alberti Crantzii sententiam recipiamus, qui dicit populum antiqui nominis Frisios olim fuisse Cauchios; aut si id minus placet, quid vetat quo minus Cimbricam gentem dicamus esse Frisios, cum totum illum tractum per litus Oceani Septentrionalis a Cimbrica Chersoneso Occidentem versus,

Alb.
Crantz.
sententia
de Frisii.
Plures
Auctores
putant
Frisios
esse Cimbricos.
bi. 5.

FRISIORUM LIB. I. 33

sus, per Frisiam, Hollandiam,
 campetrem Brabantiam & par-
 tem Flandriæ olim à Cimbris ha-
 bitatam esse Joan. Goropius Be-
 canus asserat? Cui etiam in hoc
 præiverunt Jacobus Mejerus &
 Wolfgangus Lazius, Raimundus
 Marlianus & nonnulli alii. His
 accedit, quod nonnulli antiqua
 Cimbrorum & Saxonum lingua
 populos istos omnes uri tradant,
 qui ab Occidente in Orientem
 per litus Oceani Septentrionalis
 continuo tractu tenditur inter or-
 tum Æstivum, & occasum Bru-
 malem ab extremis Flandriæ finibus,
 quibus Picardiæ Gallicæ jun-
 gitur usque ad extremam Narvam,
 continens scilicet intermediæ
 Flandriam, Brabantiam, Zelan-
 diam, Geldriam, Hollandiam,
 Frisiam, Hadeliam, Pomeraniam,
 Borussiam, Livoniam. Habitu de-
 nique corporis, de quo Tacitus
 agit, à cæteris Germanis Frisii non
 discrepant, multaque habent &
 alia, quæ arguere videntur, Fri-
 sios à prima inde origine sua &
 fuisse & esse puros putos Germa-
 nos, ita ut non sine ratione Viglius

Ex habi-
 tu corpo-
 ris multi
 arguunt
 Frisios
 esse indie-
 genas.

Zwiche mus Lod. Guicciardino
asseruerit, eos esse aborigines in-
ter Germanos. Sanè, ut dicam
quod sentio, hæc & horum simi-
lia, quæ multa congeri possunt,
speciem aliquam habere videntur,
quæ sub umbra veritatis obrepere
occupatis queat. Caterùm cum
adeo certa & manifesta sint, quæ
de adventu progenitoris nostri
publicis actis consignata sunt, no-
bis satis constat Frisios non indi-
genas esse, sed advenas, & illo
tractu, quem ipsi nunc incolunt,
ea tempestate egisse non Cimbro-
s, sed Svevos, & proinde levi mo-
mento ea quæ isti adferunt diluun-
tur: quod idcirco ut appareat esse
verum, ad singula hæc ordine
quanta maxima possumus brevita-
te ac perspicuitate respondebi-
mus.

Ex Archi-
vis patriis
eruenda
cuique
genti
actorum
veritas.

Frisios
non esse
Cauthor.

Nam sanè quod Crantzius Fri-
sios è Canthis deducit, cum sine
ratione, sine teste dicat, pauci-
sime contemni debet: Cuius
verba non alio tendunt, quam ut
Frisii videantur indigenæ, quo
tacitè diluat opinionem de adven-
tu trium fratrum ex reliquiis Ma-
cedo;

cedonici exercitus, de quibus infra ex professo tractabitur. Nam de Cimbris quod supradicti Authores adferunt, cum ex inveterato Strabonis errore pendeat, diligenter est refellendum. Strabo enim confidenter negat Cimbro-
 unquam coluisse Chersonesum, eosque eodem loco semper egisse asserit, quo ipsos memoria sua, hoc est, sub Augusto Cæsare habuisse docet, quos tunc Sugambris, hoc est, Sicambris ad Orientem proximè subjungit, intra Albin tamen. Utrosque autem ad Septentrionem Germanorum ultimos facit, eisque totum tractum illum Borealem, qui intra Rhenum & Albin est, solis adsignat, ita ut Sugambri Rheno, Cimbri Albi secundum ipsam proximè vicini sint. Quo loco admiranda est oscitantia quorundam recentium Scriptorum, qui Strabonis verba contra mentem ipsius accipiunt: Strabo enim Cimbro-
 semper egisse asserit, ubi sua ætate agebant, sed ipse eos ætate intra Albin & nequaquam in Chersonelo egisse (quanquam falso) scri-

Frissos
 neque
 Cimbro-
 neque ex
 Cimbris
 esse.
 Strabo-
 nis error
 de sedibus
 Cimbro-
 rum.

Strabo-
 nis verba
 perperam
 intellecta
 novum
 errorem
 veteri ad-
 diderunt.

bit, illi ita Strabone intelligunt, ac si ille eos in Chertoneso semper egisse scribat, quia revera illius memoria in Chersoneso agebant.

Strabo-
nis error
excusatus.

Cur autem Strabo Sicambros ac Cimbros ad septentrionem ultimos faceret, jussam ignorantiae suae causam habuit. Nam cum gentes Germanicae Romanorum belli nobilitatae sint, ut Strabo dicit, in tenebris latuerunt obscurae, quibus cum Romanis bellum non fuit.

Itaque cum Romani ab Australi parte Germaniam aggressi sint, & in Septentrionem paulatim moverint, eas ad Septentrionem semper ultimas esse rati sunt, quae post eas erant, quas ipsi oppugnabant. Quo circa & Strabo cum gentes Australes aliquot enumerasset, de quibus Drusus triumphaverat, Buëteros & Nusipetes nominat, quos Cornelius Tacitus Bruëteros & Uipetes vocat. His ad Septentrionem proximos facit Sicambros, quos ideo ad Septentrionem ultimos facit, quod ultra eos nullas alias gentes norit.

Sicam-
bros &
Cimbro-
rum no-
mine Stra-

De

De Cimbris, quos his ad orientem proximè subjungit idem sentiendum est. Itaque ex hoc loco apparet Strabonem Sicambrorum nomine populos ad Aquilonem ultimos nominare, quos ipse à Rheno ad Amisim extremos audierat; Cimbrós eadem ratione dicere, quos ab Amisi ad Albin porro Septentrionalem versus postremos acceperat.

bo gentes
ad S. ptem
tionem
ultimas
vocat in-
tra kher-
num &
Albin.

Cur autem Strabo Cimbrós Chersonesum nunquam incoluisse putet, causas duas ipse reddit, quæ cum fúiles ac falsæ sint, satis arguunt Strabonem ipsum in Germania nunquam fuisse, & proinde à rei veritate, quam aliunde accipere potuisset, temere deflexisse. Causa prior est, quod Romanis hætenus, ut ipse dicit, in Germaniam ultra Albin nihil esset exploratum. Utpote cum Augustus Albin Romanæ diuisionis terminum in Germania esse voluerit, ideoque edicto vernerit, ne Duces ultra Albin orientem versus arma proferrent, eamque causam esse curgentés, quæ ultra Albin sunt, Romanis hætenus

Cur Strabo
bo putarit
Cimbrós
in Cherso-
neso non
habuisse.

1. Causa

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

B 7.

inc.

8. *Causa.* incognita manserint. Altera causa est, quod migrationis Cimbri-
 cæ, quam ex Chersoneso factam
 ajunt veteres, causam reddant fa-
 bulosam (ut ipse putat) & à ve-
 ritate prorsus alienam: Videlicet
 quod Cimbri isti inundatione ma-
 ris compulsi patriam reliquerint,
 quod apud Ephorum & Clitar-
 chum legerat; postea enim cum
 in Possidonium inundationes ne-
 gantem incidisset, hunc secutus,
 illos falsissimè deridet. Possidonio
 quidem accidit idem quod impe-
 riis, qui quod in patria sua non
 fit, etiam nuquam terra un fieri
 putant. Ideoque cum in Græcia
 inundationes ita frequentes non
 fuerint, Possidonius eos etiam in
 Germania non fieri putavit: Ideo-
 que omnia quæ Ephorus & Clitar-
 chus de inundationibus scripse-
 runt, illi dicta intelligunt de æstu
 maris, in quem ista nullo modo
 quadrant, qui cum statis tempo-
 ribus naturaliter & consueto
 modo placidè fiat, nec inexpectatus
 nec formidabilis esse potest.
 Fabulosam igitur esse vanitatem
 Ephori & Clitarchi, qui scripse-
 runt

*Æstus
 ab inun-
 datione
 maris
 multum
 differt.*

runt hujus Borealis littoris accol-
 las plus incommodi percipere à
 mari quàm ab hostibus: ab eo
 domos suas frequenter subverti,
 quas ipsi nihilominus restaurent;
 quin & accolas eosdem arma ex-
 pedire contra vim fluctuum, quo-
 rum etiam tanta sit pernicitas, ut
 homines equo citato vecti fluctus
 adventantes vix effugiant. Hæc
 igitur si cum Possidonio & Stra-
 bone ad maris æstum referas, ex-
 perientia ipsa convincit esse fal-
 sa, si verò cum Ephoro & Cli-
 tarcho referas ad maris inundatio-
 nem, eadem etiam experientia
 convincit nimis esse vera, ut in-
 fra mox plenius declarabimus.
 Quid igitur facias Possidonio &
 Straboni non credentibus crebras
 ac periculosas inundationes maris
 fieri in accolas littoris Septentrio-
 nalis in Germania? Idem nimi-
 rum quod & aliis quibusdam Græ-
 culis, qui in causa pari Diodo-
 rum Siculum mendacii arguunt,
 quod scripserit in Germania aquam
 frigore hyberno sic indurari, ut
 glacies equum ferre cum tessore
 possit, non aliò argumento nixi,
 quam

Inscris
 confiden-
 tiam patit

quam quod omnibus Græcis constet id in Græcia non fieri. Possidoniam autem temeritatis excuset quisquis potest: Strabonem verò quis excusare possit equidem non video, qui non modò Possidonii errorem approbat, sed etiam adjecto suo conduplicat. Possidonius enim etsi inundationes negat, tamen Cimbro Chersonesium incoluisse, quod planè negat Strabo. Atqui tamen scire non modò debuit, sed etiam potuit. Cimbro Chersonesium habitasse tum, cum expeditionem facerent in Italiam: nam cum Romanorum provincias in Germania, & eorundem res in his gestas posteritati commendaret, habebat tabulas Augusti, habebat commentaria Cæsaris, habebat alia quæ tunc extabant, unde patriam eorum disceret, quam Romani suo periculo docti jam norant, longè antea quàm Augustus nasceretur; & cum mentionem faciat Lebetis, quem Cimbro Augusto donaverunt, causas ignorare non debuit, cur is donatus fuerit. Donatum ait ad veterem offensam leniendam.

Cimbri
Augusto
cur sa.
crum Le.
betem do.
nent.

FRISIORUM LIB. I. 41

dam, quod non ita est: nam si Cimbri intra Albin habitassent, non dona, sed tributa ab illis Augustus accepisset, ut à cæteris (præterquam à confœderatis sociis & amicis Batavis ac Frisiis intra Albin commorantibus,) quos subditos suos habere voluit. Dona igitur à Cimbis accepit, quod intra Albin habitarent, ut & à cæteris Transalbinis omnibus. Quod fœdere solenni factum est in conventu publico Romanorum & Transalbinorum Principum; quod fœdus utrisque extorsit mutuum metus: Transalbini enim hanc pacem cupere amplexi sunt, docti Cisalbinorum exemplo contra Romanorum pertinacem atque potentem vim sine periculo bellum suscipi non posse. Romani etiam spectro Drusiano moti, quod eventu ipso videbant esse comprobatum, facile passi sunt Albin imperii sui terminum in Germania poni, cum vererentur ne si longius progredierentur, Cisalbini à tergo ipsis incumberent, & commeatum & suorum subsidium, & reditum denique intercluderent: & erat

Fœdus
publ.
Transal-
binorum
principum
cum Ro-
manis.

erat ipsis vel illud in presenti
 abundè satis, quod veterem socie-
 tatem inter Cisalbinos ac Transal-
 binos hoc foedere interrupissent,
 & exinde æternæ diffidentiae fun-
 damenta jecissent. Quas artes Ro-
 manorum proprias fuisse ex Tacito
 luce clarius apparet, qui multis
 exemplis docet, Romanos non
 alia ratione magis fregisse Germa-
 nos quàm ferenda inter ipsos di-
 scordia. Itaque ergo ut ex perpe-
 tuo foedere solidam pacem habe-
 rent, Cimbri Læterem sacrum,
 alii aliâ munera, non ut subditi,
 sed ut amici & confœderati Au-
 gusto dederunt: De quibus nos suo
 loco pluribus agemus. Erroneam
 igitur Strabonis esse sententiam,
 qui Cimbro intra Albin conclu-
 dit, & eosdem Cimbro & Si-
 cambros totum tractum intra Al-
 bin & Rhenum sua memoria oc-
 cupasse, & ad plagam Septentrio-
 nalein populorum in Germania
 ultimos fuisse scribit, ex his, ut
 opinor, liquidò apparet.

CAP. VII.

*Quomodo Strabonis erroribus seducti
quidam suos accumulunt, atque
ita veritatem etiamnum gravius
obruant.*

HÆc igitur quanquam expen-
dere meritò debuerant supe-
riores Authores isti, qui nobis
objiciuntur Meyerus, Lazius,
Marlianus & Goropius, tantum
tamen abest, ut errorem Strabo-
nis aut corrigant, aut saltem in-
dicent, ut etiam suos his certatim
cumulent, quasi ad subruendam
veritatem ille non sufficeret, nisi
succenturiatores isti fortiter illi
suffragarentur, quanquam tamen
in summa ipsi inter se discrepent.

Quorum proinde errores, quò
clarius conspiciantur hic separatim
paucis discutiendi sunt. Legerunt
apud Plin. inter Istævones, quos
ille Rheno proximos facit, nume-
rari Cimbros mediterraneos: Illi
autem cùm textum Plinianum eo
loco mendosum esse non animad-
verterent, Cimbros mediterraneos

Plin.
locus
emenda-
tus.
Lib. 4.
cap. 14.

neos interpretantur eos, quorum sedes nunc Geldri tenent. Eundem etiam locum Sicambri Strabonis assignant. Ideoque quod consequens est, Cimbros mediterraneos Plinii eosdem esse contendunt cum Sicambri Strabonis, unde non desunt qui scribunt hosce Cimbros mediterraneos fuisse, qui dace Merodaco Romanos unâ cum Teuthonis invaserunt, adversus quos Caius Marius missus, utque ad Mosam descenderit. Hoc autem ut cum publica historia fide, ita & illud cum Strabonis sententia manifestè pugnat, qui Cimbros non *b* liter dicitur a Sicambri, ut superiori capite apparet. Itaque tale opus erat, ad hanc repugnantiam conciliandam. Ad sacram igitur anchoram, hoc est, ad Etymologiam confugiunt, ac docent ejusdem originis esse Cimbros & Sicambros: Primum enim ex *Cimber* literis usu vulgi paululum affectis *Kimper*, & ex eo *Kemper*, & ex hoc demum *Kamper* esse factum, quod punnatorem significat; deinde addita huic syllaba, *Si* & ea resoluta in *Se*, quod mare

Etymo-
logia no-
minis
Cimbri

notat. fieri *Sce-hamper* / quod
 significat pignatorem maritimum.
 Hoc u. & alii nonnulli, ita etiam
 Wolfgang. s. Lazius adnotavit &
 Caspar Peucerus. His ita præmissis
 cum apud Cæsarem legunt Advan-
 ticos Cimbriorum colonos esse,
 quos ipsi & ad Scaldin in Braban-
 tia collocant, & pro solertia sua
 facile colligunt etiam ulterius pro-
 pagasse fines suos, nihil dubitant,
 quin Cimbri Austrum versus usque
 ad Sicambros inclusivè, uti nunc
 loquuntur, & Occidentem versus
 usque ad extremam Gallie Belgi-
 cæ oram exclusi è intermediis
 Provinciis omnes occupaverint.
 His ita collectis, cum & re præ-
 senti, & communi omnium con-
 sensu, & Taciti & Ptolemæi &
 Mele testimonio cognoscant,
 Cimbros in Chersoneso habitare,
 quamvis id Strabo neget. conne-
 ctunt vera cum falsis, ac dicunt,
 Cimbros non modò Chersonesum
 ipsam, sed & omnes etiam Pro-
 vincias intermedias, quæ inter
 Chersonesum & oram Gallicam
 interjacent incoluisse. Ad Austrum
 autem Sicambros, ad Septentrio-
 nem

Errorum
 fontes de
 Cimbriis.

nem Oceanum Britannicum illi-
dem Cimbris terminum fuisse con-
fidenter asseverant. Hæc igitur ut
partim ex imperitia Strabonis,
partim ex mendoso Plinii codice,
partim ex erroribus Neotericorum
pendent, ita refelli & debent &
facile possunt. Primum enim quod
ad Australem plagam hujus tra-
ctus attinet, locus ille apud Plin-
nium de Cimbris mediterraneis,
semper iis qui oculatiores fuerunt
suspectus fuit, quibus absurdum
videbatur Plinium Cimbro cum
Sicambri confundere. Ideoque
Cimbros mediterraneos alii alibi
Volaterranus in Thuringia fuisse
putat, pauci errorem detegere
conati sunt. Althamerus apud Plin,
Sicambros legendum admonuit,
cui suffragatur & Hadrianus Ju-
nius, qui adhibita distinctione,
vocem, mediterranei, ad sequen-
tem dictionem Herminones, re-
ferendam censet, nos codices an-
tiquos vidimus, in quibus vox
Cimbri tantum habebatur, ideo-
que putamus vocem, mediterrane-
i, esse irreptitiam. Nam cum
pro voce Sicambri scribentis osci-

Cimbros
Mediterraneos
nullos
esse.
Plinii
codex
mendosus.

tan-

FRISIORUM LIB I. 47

tantia irrepisset Cimbri, sciohus
 alicui, ut oportuna glossa mede-
 retur huius absurditati, adjecit Me-
 diterranei, ad differentiam scili-
 cet maritimorum, qui Cherso-
 nesum incolebant. Alioqui enim
 Plinius ipse pugnaret secum, qui
 & hic inter Istævones poneret
 Cimbros, quos antea posuerat in-
 ter Ingevones: simpliciter autem
 illic apud Plinium Sicambros esse
 legendum docet ipsa rerum gesta-
 rum veritas. Illic enim Sicambri
 erant, ubi nunc Geldri sunt, ut
 ex Cæsare discimus, qui ipsi ne-
 gotium faciebant: illic erant,
 cum eorum decem millia Augustus
 trans Rhenum abstulit: illic erant,
 cum à Francis occuparentur: illic
 denique semper fuisse vicinæ gentes
 Batavi & Frisi senserunt multis bel-
 lis contra eos gestis: illic Sicambros
 fuisse, testatur Poëta qui canit:

Detonsus Vahalin bibat Sicamber:

Illic eos fuisse testatur Altha-
 merus, Birekhaimerus, Herman-
 nus Comes Newenarius, & com-
 plures alii, quos hic recensere lon-
 gum foret. Hinc igitur apparet
 eorum

Sicambi
b. o. u. m.
non ean-
dem ety-
mologiam
esse que
est Cim-
brorum.

eorum sententiam duobus nomini-
bus absurdam esse, qui ex Etymo-
logia nominis Cimbrici docere co-
nantur Cimrios eisdem esse qui
sunt Sicambri, cum & vocis exo-
tica Eymologiam ex lingua Ger-
manica quærant, & non en quod
proprium erat, in appellativum
resolvant. Primum enim semper
nomen esse Germanis usitatissi-
mum nemo Germanus ignorat,
deinde & appellativam esse nemo
negare potest, cum pugnatores
significet, & proinde omnibus ex
æquo competat qui pugnatores
sunt. Hæc autem nullam porus
cognitionem cum nomine Cim-
ber habent. *Cimber* enim originis
est Hebrææ, cum deriveretur ex
Gomer; ex *Gomer* enim literarum
modica deflectione *Comer*,
& ex eo *Cumer*, & inde *Cum-
ber* hinc *Cimber* fit; & utcum-
que proferatur, nomen est pro-
prium, nec aliquid quicquam
significat, quàm filium Iapheti,
illum, qui Cimbricæ gentis *Ar-
chegus* fuit, quemadmodum nec
Cimbrorum quidem nomen aliud
quicquam significat, quàm poste-
rita-

ritatem ex Gomero descendente. Hæc igitur si quis appellativa faciat, aut aliud significare doceat, is vim vocibus his faciat: nam si primitivum nomen peculiariter energiam ex impositione majorum (ut solent Hebræa) sibi vel ad præteritorum recordationem vel ad futurorum præceptionem habeat adnexam, ea ipsa quoque illi adeo propria est, ut ne derivativis quidem suis Cimbris, nedum personis exteris conveniat. Non igitur solum temeritas istorum animadvertenda est in eo, quod nudâ prosonomasiâ vocum Cimber & Kimper freti Hebraicæ voci significationem affingant ex voce Germanicâ, sed etiam animadvertenda imprudentia est, quod eâ ipsâ significatione consingendâ se palam deridendos præbeant. Quid enim magis absurdum est, quam Cimbro mediterraneos, quos Sicambros esse asserunt, *Sce-ham* perç/ hoc est pugnatōres maritimos interpretari? Cùm utique Sicambros ipsi in Geldria collocent, quæ a mari utique Plinii ætate longissimè remota fuit. Sic igitur

C

16.

Alberus
Crantzius
imprudens
aliorum
errores
condupli-
cat

Sicambri
ad Septen-
trionem
ultimi
non sunt.

Cimbri
intra
Amisim
& Albin
sedes non
habue-
runt.

repurgato Pliniano codice, fa-
cessant ex Geldria Cimbri, &
consentiat cum Strabone Plinius,
qui illic Sicambros collocat. Sed
interim Alberus Crantzius me-
moriam lapsus, quod apud Plinium
de Cimbris mediterraneis legerat,
ex Ptolemaeo citat, & Cimbris
mediterraneos interpretatur Saxo-
nes, quem multi sequuntur, ita
plena sunt errorum omnia: Si-
cambros autem intra Rhenum &
Amisim ad Septentrionem, ut
Strabo putat, ultimos non esse
Plinius, Tacitus, & Ptolemaeus
declariant, qui illic Batavos ac
Frisios monstrant. Intra Amisim
porro & Albin Cimbris non ha-
buisse sedes iidem Plinius, Taci-
tus & Ptolemaeus docent, qui to-
tum illum tractum Borealem Fri-
sis ac Cauchis assignant, & Cimb-
ros in Chersonesum retrudunt.
Quorum unanimis consensus re-
bus ipsis fultus errorem Strabonis
efficaciter confutat, nec minus
eum falli arguit in eo, quo Cimbris
intra Albin sedes attribuit, atque
in eo, quo illis in Chersoneso eas
adimit. Ideoque nemo mireretur

Hanc

FRISIORUM LIB. I. 51

Hamburgenses, & si quos alios, falso Cimbris esse adnumeratos, cum & Sicambri his falso adnumerati sint. Illud enim errori Strabonis, hoc mendo Pliniani codici debetur. Quibus recte consideratis facile perspicitur, iusto longius produxisse Cimbrorum fines Christianum Cilicium, cum Strabo & Ptolemæus quos allegat, longè aliter sentiant. Nam quominus & illud credam, quod idem scribit, Cimbròs circa nativitatem Christi à Danis Cherfoneo ejectos esse, & inde Saxoni Ducibus paruisse, Cornelius Tacitus facit, qui cum post natum Christum plusquam centum annis fuisset, Cimbròs adhuc suâ memoriâ in Cherfoneo novit. Habemus igitur liberum nunc à Cimbris totum tractum Borealem, qui intra Rhenum & Aibin porrigitur.

C 2

C A P

CAP. VIII.

*Objecta Iacobi Mejeri pro Flandris,
& Ioan. Goropii Becani pro Bra-
bantia adversus ea, quæ supra dicta
sunt.*

Quod quidem etsi verò verius
est, tamen quia nonnulli pro
Brabantia ultra Rhenum sitis, non
nulli etiam pro Flandris ultra Scale-
dim remotis reclamant, & utrius-
que contendunt suos ex Cimbris
originem duxisse, & proinde Cimbri-
orum colonias Occidentem versus
extendunt latius, quam nos
concedimus, singulorum etiam argu-
menta separatim tractanda &
dilucidè confutanda sunt, ne &
nos ipsi hætenus frustra laboraveri-
mus, & Lectori insuper etiam
suspecti simus, quasi qui ipsi fu-
cum facere conemur, dum alio-
rum erroribus exagitandis occupa-
mur.

*Meyeri
objecta de
Cimbis.*

Meyerus enim, ut à remotissi-
mis exordiamur, Flandrorum non
contemnendus Historicus con-
jecturas aliquot adfert in speciem
nos

non admodum faciles, & quibus
Lectori Historiarum imperito non
difficiliter persuadeat Cimbricos in
Flandriæ maritimis longissimo
tempore esse versatos.

Itaque lucum Thoraldi, & Tho-
rahum vicinū illi oppidum in
Flandriā juxta Aldenburgum no-
men traxisse putat a Thoraldo
illo Cimbrorum ac Teuthonum
Rege, quem Achilles Gasparus in
Chroniciis suis natalem Christi an-
nis plusquam septingentis anteces-
sisse tradit.

Cimbricos etiam cū nobilem
istam expeditionem sulciperent ex
Chersoneso suā, quæ nunc Dania
est, in Flandriam appulisse, ibi-
demque fixisse sedes, quod ibi
tum cultores deficerent, unde ta-
men brevi post inundatione Ocea-
ni magna ex parte extrusi in Ita-
liam transcenderunt.

Quin & Hædorem Boëthum
Scotorum Historicum citat, qui
affirmat Cimbricos unā cum Mori-
nis ac Maduis Guiderio Scoto-
rum Regi fuisse confœderatos
contra C. Jul. Cæsarem, cū ille
Britanniam invaderet.

Consonum huic & illud est, quod addit, Clodionem Francorum Regem anno Christi 445. Golduero Cimbrorum Ruthenorumque Rege debellato Flandbertum Belgici littoris constituisse præfectum, qui non modò Cimbris Ruthenisque, sed & ipsi quæque terræ nomen suum indiderit, ut & terra deinceps Flandria, & incolæ Flandri nominati sint.

Fieri etiam de hac præfectura Belgici littoris præcipuè in libris de Magistratibus Romanorum illustriem mentionem dicit: Quod & ipsum litus à crebris etiam Saxonum incursionibus Saxonibus appellari testetur B. Rhenaños, non aliter quàm etiam Ruthen dicatur à nautis Flandricis. Ruthenos enim putat esse Saxonum aut Cimbrorum gentem, à quibus & memoriam esse inveniat, Flandriam antiquius Rutheniam sive Rutiliam esse dictam.

Hinc esse, quod & mare, quod ab ipsâ Chersoneso Occidentem versus totum hoc litus ad ora usque Gallicam alluit Cimbricum dicatur, attestante Poëta Clau-
dia-

diano, qui Rhenum per duo ostia
accipi tradit à mari Cimbrico,
ubi dicit.

De vi

cloria
Alajici.

— — Te Cimbrica Teihys
Divisum bifido conjuncta bene
meant.

Hoc igitur etiam sensisse D. Hieronymum ubi dicit: & Gentem
Teuthonum ex ultimis Gallorum
Oceani atque Germaniæ profectam
littoribus omnem Galliam
inundasse.

In
Epist. ad
Geron-
tium.

Quibus rectè perpensis eorum
confirmetur opinio, qui Cimb-
rum ac Teuthonum nomine omnes
Oceani accolae ab ultimis & avi-
tis Cimbrorum sedibus adusque
littus Flandricum intelligi volunt.

Atque his quidem fermè argu-
mentis Meyerus adducitur, ut pu-
tet Flandriam antiquitus à Cim-
bris fuisse habitatam.

Goropius autem pro Brabantis,
qui utique ad Cimbricam Cher-
sonesam propius accedunt quam
Flandi. consensum allegat om-
nium scriptorum, qui unanimiter
testentur Cimbrorum coloniis to-
tum littus maris Septentrionalis
fuisse refertum.

Goropii
objec-
ta de
Cimbriis.

C 4 Hinc

Hinc etiam Cimbroſ ac Teu-
thones, cùm celebrem illam ex-
peditionem in Italiam ſuſciperent
iter ex Cherſoneſo ſua per hunc
ipſum tractum inſtituiſſe, & per
oſtia Rheni in Brabantiam traje-
ciſſe, eàdem planè viâ, quâ &
hodie Dani mercatores ex eadem
Cimbrica Cherſoneſo Antver-
piam venire ſolent.

Eoſdem etiam hinc in Italiam
proſecturos, impedimentis que
ſecum portare non poterant, cu-
ſtodientiſ ſex miſſi virorum in
loco ulgiñoſo ac paluſtri reliquiſſe,
in quo qui relictĩ erant Atuaticum
condiderint, ex cujuſ nominis no-
men Antverpiæ tandem ſuccellu
temporis defluxerit.

Elle verò Antverpiam Atuati-
cam Cimbrorum multis argumen-
tis & quanta poteſt maxima con-
tentione docere nititur. Sic ut &
huius argumentis auditis dubitare
non immeritò poſſit Lector corda-
tus de veritate aſſertionis noſtræ,
qui nec in Flandria, nec in Bra-
bantia, nec in Hollandia, nec in
Zelandia, nec in Friſia, quam
hinc porro ad Cimbricam Cherſone-

sonesum usque extendimus, Cin-
brios ullos habitasse intra mille
nongentos ab hinc annos asseve-
ramus.

Ideoque utriusque tum Mevero
tum Goropio separatim repon-
debimus. Quod proinde quò cer-
tius & majori cum perspicuitate
faciamus. succinctam rerum Fri-
sicarum Chronologiam hic propo-
nemus à principio usque ad Ca-
rolum Magnum, per quem regnum
Frissie sublatum est: nam cum
vulgò dici soleat, rectè eum do-
cere, qui tempora bene distinguit,
dilucidè propositis intervalli tem-
porum, quibus idem hoc regnum
Frissie incrementum sumpsit, cla-
rissimâ luce rerum gestarum veri-
tas efflorescet. Est enim nobis à
majoribus nostris relicta tempo-
rum accurata certitudo, Princi-
pium, Decum, ac Regum suc-
cessionibus diligenter adnotatis,
ut infra clarius demonstrabimus.

C 5

C A

CAP. IX

Succincta Chronologia Rerum Frisicarum ab initio usque ad Carolum Magnum.

Frisiorum
adventus
in terram
suam.

Frisiæ
veteris
complexus.

Frisiæ 7.
partes

Cum igitur gentis nostræ conditor Friso anno ante natum Christum trecentesimo decimo tertio in Germaniam appulisset, ut infra liquido declarabitur, totum illum tractum litoris ad Septentrionalem Oceanum occupavit, qui intra Eidoram fluvium, Cimbricæ Chersoneso proximum, & Flevum fluvium, Rheni brachium infimum intermedius est. Atque hanc quidem terram primo adventu sic occupatam de nomine suo Frisiam appellavit. Hujus igitur Frisie in longitudinem ab occasu Flevus, ab oriente Eidora terminus tum fuit; in latitudinem à Septentrione Oceanus Britannicus, ab Austro Batavi, Sicambri, Brusteri usque ad Amisim, ac deinde porro ad Chersonesum usque Chauci, quos à Frisiis Angrum versus incipere Tacitus asserit, termini fuerunt. Hanc terram pro

FRISIORUM LIB. I. 59

pro numero filiorum quos habuit in septem partes distribuit, easque Zelandias appellavit, quod essent terræ maritimæ, cum nulla earum tum temporis mediterranea esset, sed omnes aut insulæ aut peninsulae aut certè continentes essent. Hic Friso cum posteris ejus Ordinum Germaniæ consensu, defensor communis patriæ constitutus est adversus Oceanum Cimbricum seu Septentrionalem, mandataque sunt ei arma illi aquatica, quæ Possidonius, Strabo & Alianus, quia non intelligunt, manifestâ cum sui turpitudine derident, quibus moles, projecta, aggeres & molæ aquariæ & emissarii erant ad excludendas inundationes maris, & vindicandas ab ejus injuria terras, cum ea tempestate pelagus magnam terrarum partem eo tractu premeret, quæ nunc industriâ Frisiorum liberata & laudabiliter exculta cernitur. Ab australi parte commissus est ei passus, ut vocant, publicus, & præfectura viæ publicæ à Jutia usque ad Rhenum, ut penes ejus posteros esset jus com-

Præfectoria Frisiorum ab omnibus Germaniæ commissa.

Frisoni
concessi
privilegia.

Frisonum
Gu-
bernatores.

meatus publici, & horum præsidio mercatores & quicumque alii tuti, & à metu prædonum ac latronum securi ultro citroque commearent. Horum onerum gratia illi ejusque posteris Telonia concessa sunt, quæ certis locis in Trajectu intermedio itinere constituta sunt: concessa est autonomia, & immunitas à bellis externis, ita ut ipsi extra patriam suam belligerendi gratia evocari non possent: data sunt & alia nonnulla privilegia, quibus libertas illa constat, de qua Frisii semper gloriati sunt, quæque illis per Augustum Cæsarem, per Carolum Magnum & per alios Imperatores, postea & per Carolum Quantum & filium ejus Hispaniarum Regem Philippum confirmata est, ut suis locis diligenter explicabimus. Præfuerunt autem Frisiis Principes septem, Friso, Adel. Ubbo. Asinga Ascon, Diocarus Segon, Dibaldus Segon, & Tabbo. qui expleverunt simul annos 443. Succedunt his totidem Duces. Asconius, Adelboldus, Titus Boiocalus, Ubbo, Haron, Odilbaldus, & Udol.

FRISIORUM LIB. I. 61

& Uldolphus Haron, qui exple-
verunt simul 262. annos. Succe-
dant his Rege novem, Richol-
dus Uffo, Odi'balduſ, Richoldus
ſecundus, Bercaldus, Adgillus,
Radbodus, Adgillus ſecundus,
Gundobaldus, & Radbodus ſe-
cundus, qui ſimul expleverunt an-
nos 382. & in ſumma omnes ſimul
1088. Manſit intra ſupradictos
terminos Friſiorum ditio, à primo
Friſionis adventu continuis annis
centum nona intra tribus, fuitque
caput ejus Stauria, ubi & ſedem
ſuam Princeps habuit, & per Præ-
fectos ac Judices adminiſtravit
Zelandias ſuas, quarum diſtinctio
pendebat ab intermediis fluviiſ,
quibus tanquam limitibus alie ab
aliis dirimebantur, qui intra Fle-
vum & Eideram ſex erant. Me-
diterraneæ ſcilicet, Lavicanus,
Amiſis, Viſurgis, Albiſ, Jadua:
quorum quinque poſteriores Ro-
manis ſcriptonibus nominati ſunt,
priores duo non item; quod unde
factum ſit infra ſuo loco dicetur.
Intra Flevum autem & Amiſin,
qui tres Zelandias incolebant, ea
tempeſtate Austrum verſus maxi-

Stauria
caput Friſi-
æ
Friſia
fluviiſ diſ-
tingui-
tur.

mè habitabant, quod ad Septentrionem eo tractu terra maxima ex parte nondum habitabilis esset ob vallissimos lacus, & invias paludes & aggerum defectum, quibus inundationes maris arcerentur. Itaque tum temporis istum tractum maximè incolebant, quæ Saurix septem sylvæ, & his Steenwichium, & hinc Dabaria, Drentia, cum parte Groningæ, item Bentheimia, & Oldenburgia conjungebantur, qui districtus ad Carolum Magnum usque Frisia superior dictus est, ut ex sanctorum scriptis discimus, qui sub illo & majoribus illius in Frisiâ verbum Dei prædicarunt. Porro autem anno ante natum Christum centesimo vicesimo Friso junior, qui & Frisus dictus est, & patrem Grunum Groningæ conditorem, & avum Gailonem, & proavum Hajonem, & abavum Frisonum gentis Archegum habuit, uxorem duxit Ubbonis Frisiorum Principis filiam, cui patria lingua nomen fuit *Frou*, quod si Latine interpretetur *Dominam* significat, Domnam dicere possis, quo nomine

Frise
superior.

Friso
junior.

Frou
uxor Frisiorum
junioris.

FRISIORUM LIB. I. 63

mine Severi Imp. uxor dicta fuit, uti testatur Oppianus; sed & hujus diminutivum *Fruck* etiam hodie in Frisia usitatum foeminarum nomen est. Frisus autem eodem anno acceptis à focero ac patre copiis, ultra Flevum occidentem versus in insulam vacuum colonias duxit, eamque de nomine suo *Frisiam* novam dixit: in ea sedem sibi delegit loco opportuno mille ferme passus ab eo distantem, in quo postmodum condita fuit *Alcmaria* ad alveum fluenti illius, quod *Caninesatum* terga claudebat è Rheno productum, & præter labens *Crabbedamum* in mare decurrebat. Illic etiam fundamenta jecit futuræ civitatis, quam de nomine uxoris suæ *Froungast* appellavit: quæ temporum progressu mutata nonnihil, & pronuncian-
di & scribendi usu, *Vrongest*, & *Vronlezeist* vocata fuit. Multi autem loci etiam hodie sunt in Frisia, qui à *cast* sive *geest*, sive *geist*, quod idem est, non en habent, de quorum Erymologia commodio loco agendum erit. Hæc autem civitas temporis successu in celeberrimam

Colonia
Frisiorum
ultra Fle-
vum.

Froungast.

Verona

Frise.

Er. or.
in historia
1100.
virginum
unde na-
tus sit.

1100.

Olenius

Frise.
Præfec-
tus.

bestimum emporium excrevit.
Eam Romani, postea quàm Bara-
viam & Frisiam istam invasissent,
ob viciniam nominis quam cum
Italix civitate Verona habebat,
etiam Veronam appellarunt. Quæ
hominis similitudo eos decepit,
qui historiam undecim millium
virginum concriperant: qui cum
audissent eas ex Britannia solven-
tes, vi repestatam Veronam ap-
pulsas, & Veronam non aliam
nosset, quàm istam Italicam, ab-
surdum rati quod referebatur pro
Verona Bonnam supposuerunt,
hec est, historiam veram insectia
sua suspectam reddiderunt: ad
hanc enim Frisix Veronam eas
appellasse, nec absurdam, nec in-
credibile erat; cum ex Britannia
in hunc portum facilis trajetus
esset. De hac Occidentali Frisia
maximè sunt intelligenda, quæ
Tacitus à Frisiis gesta narrat ob
vicinitatem Baraviæ. Huic Frisix
gubernandæ annis à supradicta illa
colonia ducta fere centum & quin-
quaginta elapsis, à Romanis præ-
fectus fuit, vir in primis nobilis,
& militaris disciplinæ peritus

Olenius

FRISIORUM LIB. I. 65

Olenius, qui & natione Friso
 fuit, & patria lingua Holle voca-
 tus est, cujus cognomines etiam
 hodie multi sunt in Frisia. Si signi-
 ficationem hujus nominis spectes
 Latine Capitonem, Græcè Cepha-
 lon dicere possis; eni holle / enim
 Frisicâ linguâ caput significat.
 Ideoque si id intellexissent Itali,
 ita Romanæ analogiæ molliciem
 in idiomate exotico temperare de-
 buissent, ut vis & energia ejus non
 deperiret. Ideoque Hollium re-
 citius dixissent, cum in Olenio
 Frisici idiomatis vestigium nullum
 reliquum sit: nec enim nos in
 Olenio Hollium agnovissemus,
 nisi nos ejus admonuisset Wilhel-
 mus Heda Præpositus Arnhemien-
 sis, qui Historiam Episcoporum
 Ultrajectinorum luculenter scrip-
 sit, cui suffragantur & annales
 nostri, ubi occasione præsentis
 eventus in Frisia nominis hujus
 mutationem explicant. Nam cum
 Olenius hic (ut Tacitus narrat)
 importuniori tributorum exactio-
 ne ad rebellionem Frisios compul-
 sisset, eaque occasione in magnas
 calamitates conjecisset, veteres
 Fri-

Origo
Frisiæ
Hollan-
diæ.

Frisi
Frisi
Frisi
occiden-
talis
Aristocra-
tia agunt.

Frisi hanc terram odioso nomine per contemptum, *Dolle Landt* id est, Olennii terram vocaverunt: Adhæsitque diu cognomen hoc terræ illi, sic ut promiscuè vel Frisia nova, vel Olennii terra vocaretur: Donec tandem obliterata apud vulgum rei gestæ memoria, & duobus dictionibus in unum compactis, pro *Dolle Landt* *Hollandt* dici cœpit; quam nomenclaturam etiam terra hæc recepit, abolito nomine Frisæ, postquam à veteri Frisia secessit, uti suo loco pluribus dicitur. Porro autem Occidentales seu novi isti Frisi continuis annis quadringentis ac viginti ab optimatibus suis sub Aristocratia gubernati sunt, unde factum est ut eorum Principes aut pauci aut nulli memorentur, fines tamen suos in vacua occidentem versu mox promoverunt, & per præfectos custodiverunt: nam hi sunt qui usque in Brabantiam & Flandriam littora occupaverunt. Elapsis autem quadringentis illis ac viginti annis, anno scilicet Christi trecentesimo, qui Haronis veterum Frisiorum

FRISIORUM LIB I. 67

siorum Ducis secundus fuit, Pa-
 truelis ipsius Ducis Didericus no-
 mine, assumptis & aliis quatuor
 cognatis suis, in eandem illam no-
 vam Frisiam coloniam duxit, qua
 eam insulae partem occupavit, quæ
 nunc Waterlandia dicitur, & ad
 illud usque tempus ob aquarum &
 sylvarum importunitatem inhabi-
 tabilis fuerat. Hic Didericus Me-
 denblicum condidit, quod Frisæ
 novæ caput postmodum fuit; &
 coaluit prior ista colonia cum hac
 posteriori, sic ut successu tempo-
 ris in justam regni molem excre-
 sceret, adjectis & aliis nonnul-
 lis ad occidentem possessionibus.
 Quod quò clarius intelligatur,
 originem ac seriem Regum Occi-
 dentalis Frisæ hic subiciemus,
 quam nec noster Andreas Corne-
 lius integram habet, nec Chro-
 nica Hollandiæ personis ac tem-
 poribus distinctam habent; Asco-
 nius enim primus Orientalis Fri-
 siæ dux quatuor filios reliquit,
 Adelboldum, Titum, Richol-
 dum & Radbodum, horum Adel-
 boldus ac Titus vicissim patri suc-
 cesserunt, quibus sine hærede de-
 fun-

Secunda
 Frisiorum
 Colonia
 ultra Fle-
 vum.

Medem-
 blicum
 condi-
 tum.

Occiden-
 talem
 Regum
 series in
 Frisiam.

sanctis, successus est Ubbo filius
 Richoldi. Radbodus autem quater-
 tus Alconii filius ducta in Occi-
 dentali Frisia uxore filium pro-
 creavit Didericum de quo supra,
 is filium habuit Wilhelmum, ille
 autem Dibbaldum, ex quo Wil-
 helmus, ex quo Elinus, quorum
 omnium anni simul efficiunt an-
 nos 233. Sed Didericus ille cum
 Diademate assumpto se Regem
 Occidentalis Frisiae salutari præ-
 cepisset, à patrueli suo Harone
 Orientalis Frisiae Duce correptus
 & in ordinem redactus est, ut
 Ducali titulo contentus esset, cum
 absurdum videretur, vasallum do-
 mino suo censi digniorem. Sum-
 pserunt autem posteri ejus Regium
 Diadema tum, cum Richoldus
 Uffo in Orientali Frisia id sume-
 ret, quod est factum anno Christi
 392. annis scilicet post ductam
 coloniam 92. Tunc igitur pri-
 mum nominatum fuit Regnum
 Frisiae, quod in Orientale & Oc-
 cidentale divisum est, non alio
 presentiori termino, quam inter
 medio decursu Flevis fluvii: Ori-
 entalis regni Stauria, Occidentalis
 Me-

Origo &
 distributio
 Regni Fri-
 siæ.

Orienta-
 lis Frisiae

Medenblicum fuit caput. Regum
 igitur Occidentalium progenies à
 Diderico supradicto descendit, &
 in Elino defecit, qui ob defectum
 stirpis masculinæ adoptavit Beroal-
 dum Richoldi, ejus nominis secun-
 di Orientalium Frisorum Regis
 filium, natum annos septem, &
 non multo post diem suum obit.
 Hic Beroaldus elapsis inde annis
 viginti quinque, hoc est, anno
 Christi 533. naturali patri suo de-
 functo etiam in Regnum Orienta-
 lis Frisæ suffectus est: Arque ita
 Regnum utriusque Frisæ in hoc
 Beroaldo conjunctum & unitum
 est. Hic igitur Beroaldus utram-
 que Regnum Frisæ tenuit annis
 sexaginta: quibus elapsis, illum
 tum utroque Regno, tum etiam
 vira privavit Clotharius ejus no-
 minis secundus Francorum Rex
 Dagoberti pater anno 593. Quan-
 quam Sigebertus & reliqui Fran-
 cici scriptores tempus hoc longius
 producant, ut infra patebit. Clo-
 tharius patri interfecto filium Ad-
 gillum in Regnum suffecit, cui
 succedens filius ejus Radbodus
 ejus nominis primus Francis re-
 bel-

caput
 Statu ia,
 Occiden-
 talis Me-
 denbli-
 cum, 1

Utrum-
 qu. R. &
 num Fr-
 sis uni-
 tum.

Utrum-
 que Reg-
 num Fr-
 sis à Fran-
 cis subje-
 gatum,

bellavit, ex quo posterii ejus Ad-
gillus secundus & Gundobaldus
& Radbodus secundus non par-
fectu erga Francos extiterunt,
donec tandem Carolus Magnus
Radbodo ultimo rebellato, Fri-
sis & iugum servitutis auferret,
& avitam illam libertatem Fris-
nicam restitueret, de qua supra
dictum est, & alias commodiori
loco diceretur. Hanc igitur Frisia
Chronologiam verbis quàm fieri
potuit paucissimis in presenti
perspicuitatis gratia sic deduci-
mus, ut ex hac lecter ea judi-
cet, quæ adversus Jacobi Meyeri
& Joan. Goropii obiecta illa, quæ
supra posita sunt, hic respondi-
sumus.

C A P. X.

*Cimbros in Flandria sedes non ha-
buisse.*

Quamquam igitur hac Chrono-
logi proposita in genere, fa-
cile perspicatur favola esse quæ
Authores supradicti pro Flandris
ac Brabantis in medium protuler-
runt,

FRISIORUM LIB. I. 71

sunt, tamen quod evidentius id appareat, utrique separati in respondimus.

Et Meyerus quidem laudandus est candoris ac diligentiae: Diligentiae quidem, quod sciens ac volens nihil omiserit eorum, quae ad decus & honorem patrie suae indagare possent: Candoris autem, quod Lectori factum facere non erubuit, obtrudendo falsa pro veris.

Itaque excusanda est ipsius ingenuitas, qui profitetur de Flandris se nihil invenire, quod satis ex fide patet esse traditum, priusquam ventum esset ad annum salutaris 445.

Satis enim hinc intelligitur agnosce e haecenus eum, quod non veris rationibus, sed probabilibus tantum conjecturis fulciatur.

Nam sane quod inde arguit antiquitatem Flandriae, quod Thirholtus apud Cimbro regnavit annis ante Christum septingentis, argumentum est pequam languidum. Nam etsi maxime verum sit Thiroltum esse tam antiquum, unde tamen constat eum in Flandria

hic h
M. yeri
c. d. n. &
diligentia.

ad hunc
anno 445
- candor
- o. m. n.
- q. d. m.
- p. m. n.

- m. n.
- q. d. m.
- p. m. n.

Thirholtus
ius Rex
Cimbri
rum.

driâ regnasse, & lucum de nomine suo Thuroltum appellasse?

Cimbri
in Flan-
driam non
venierunt.

Jam quod de Cimbriorum in Flandriam adventu dicit, inde apparet quam falsum sit, quod ea tempestate illic terra nulla fuerit, quâ consiliere Cimbri potuerint, cum Flandriâ tum essent ac Flandriâ eâ provinciarum parte, quæ aggeribus postea munita est à Frisiiis.

Frisii in
Flandria
Cimbri-
um no-
mine ap-
pellati.

Cimbri enim isti, qui unâ cum Morinis ac Maduis Guiderico Scororum Regi adversus C. Jul. Cæsarem confederati prædicantur, Frisii erant, qui ista loca vacua occupaverant, & aggeribus muniverant, ut infra mox clarius demonstrabimus.

Frisio-
rum præ-
fectus
Goldue-
rus.

Itaque & isti Cimbri Frisii erant, quorum non Rex, sed præfectus Golduerus à Clodionie Franco victus est. Quanquam Frisii amissionem Præfecto non mox etiam ditione cesserint: sed eam redintegratis viribus usque ad Clorharum secundum Francorum Regem fortiter defenderint, ut mox dicemus, capite proximo.

Cimbros autem istos, de quibus

hic agitur, non alios intelligi oportere quàm Frisios, solidis argumentis patet. Primò, quòd antiquissimi Geographi Græci, qui ab Oriente descriptionem gentium moliti sunt ad Septentrionem, in Germania ultra Chersonesum progressi non sint, & proinde reliquas omnes maritimas nomine Cimbrorum complexi sint; unde & mare quod Occidentem versus à Chersoneso tenderet Cimbricum appellarunt, quasi quod Cimbrorum littus allueret. Secundò, quòd Strabo velut interpres quidam istorum Cimbrorum extra Chersonesum longè extulerit. Tertiò, quòd recentiores horum erroribus abrepti quicquid illo Boreali littore continetur, Cimbris quasi suum ac proprium attribuant. Quocirca cum nec sint nec unquam fuerint ullæ gentes Frisiis posteriores in toto isto littore, consequitur Frisios nomine Cimbrorum ibi significari.

Porro autem Rutheni isti, de quibus hic agitur, teste Orodoco Britannorum Coloni erant, à Rutheno conditore suo sic dicti, qui cum Frisiis ibi proximè vicini

D

essent,

Rutheni
in Flandria
qui fuerunt

essent, in eorum ditionem concesserunt, & à Frisii communem præfectum habebant, hunc Golderum. Ab his igitur Ruthenia Flandria Ruthenia, & Ruilia, & litus ejus Ruten antiquitus appellabatur: Et proinde errant, qui Ruthenos istos esse somniant, qui in Septentrione sedes habent non longè à Polonis, & ideo Cimbricam aut Saxoniam quandam gentem esse putant, quod Cimbrorum & Saxonum mentionem habent adnexam.

Frisii in
Flandria
Saxonum
nomine
appellati.

Frisii
etiam alibi
communiter
nomine Saxo-
num ap-
pellati.

Nam & Saxones hoc loco non alios intelligi posse quàm Frisios evidentissimis rationibus comprobatur: ut enim Frisii Saxonum nomine multis & aliis locis accipiuntur, ita etiam hic intelliguntur, cum Saxonicum hoc Flandria litus dicitur, non quidem ab incursu Saxonum, ut putat Rhena-
nus, sed ab incolatu Frisiorum, qui Saxonum nomine à scriptoribus hic, ut sæpe alias, comprehensi sunt. Exemplum hujus rei in promptu sunt: Nam Vitkindus & Aimoinus & Urspergensis in distributione Saxonie, sub Angariis Saxo-

FRISIORUM LIB. I. 75

Saxonibus Frisios comprehendunt:
 & Chronica Hollandiæ testantur
 olim Frisios fuisse dictos inferiores Saxones: & Hengistum &
 Horsum, qui Frisii fuerunt, ha-
 stenus plerique scriptores omnes
 Saxones appellant: & Beroaldum
 Frisiorum Regem, cui Francorum
 Rex Clotharius ea istic ademit,
 quæ Cimbrorum fuisse traduntur,
 Aimoinus & alii Francici scripto-
 res, quos & Saxonici sequuntur,
 Saxonum ducem faciunt, ut infra
 latius dicetur. Ex quibus liquidò
 apparet, quod Frisii hoc loco mo-
 dò Cimbrorum, modò Saxonum
 nomine intelligantur: nam quod
 Saxonicum littus hoc ab incurfu
 Saxonum dici putat Rhenanus,
 manifesti erroris convincitur, cum
 Saxones non hoc littus, sed Armo-
 ricum illud incurfaverint, quod
 huic est contiguum, & incolas ha-
 bebat Gallos; suos enim gentiles
 illi non vexabant.

Hoc igitur cum ita sit, satis di-
 lucidè detectus est eorum error,
 qui Cimbras esse putant universas
 gentes istas, quæ à Chersoneso
 avitâ Cimbrorum sede occiden-

Fontes
non locu-
re histo-
riarum
potari de-
bent.

tem versus ad oram Gallicam us-
que maris Septentrionalis litus
accolunt, & proinde quod diversi
Authores de Cimbrorum ac Teu-
thonum sedibus diversimodè scri-
pserunt veterum scriptis authenti-
cis, non commentatorum ineptis
glossis æstimandum est. Quo facto
si de antiquis Galliae atque Ger-
maniae terminis, de expeditionis
Cimbricae sociis constiterit, cla-
rissimè apparebit nihil obesse dictis
nostris id, quod ex D. Hierony-
mo obijciatur, quod proinde cum
non modò ad Flandriam, sed
etiam ad Brabantiam pertineat,
proximo capite explicabimus.

C A P. XI.

*Cimbros in Brabantia sedes nunquam
habuisse.*

Causæ
duæ cur
aliqui pu-
tarint
Cimbros
in Braban-
tia fuisse.

Æ Què fuitiles autem & isti sunt,
qui Cimbros in aquilonari
Brabantiae litore sedes fixisse, &
inde inundationibus expulsos in
Italiam profectos asserunt. Duo-
bus argumentis id comprobare ni-
tuntur. Primum est, quod omnium
vete-

veterum scriptorum consensu satis constare dicunt à Cimbris colonias paulatim per omne littus Septentrionalis Oceani occidentem versus fuisse ductas: Deinde quod & per idem littus commodius quàm aliunde in Brabantiam venire potuerant, cùm Chersonesum relinquerent; eâdem scilicet viâ, quâ Dani mercatores, qui Chersonesum occuparunt, hodie in Brabantiam veniunt, qui Antverpiæ negociari cupiunt. Nos ad hæc singula singulatim respondimus. Ac primum quidem hoc dicimus, nullum simpliciter esse inter scriptores veteres, qui vel Cimbro ipsos ibi collocet, vel eorum colonias ibi fuisse commemoret. Sunt enim recentiores duntaxat aliquot Strabonis errore fascinati, qui Cimbro ipsos ibi fuisse putant, de coloniis interim mentionem nullam faciunt, quos quia cum ipso Strabone jam supra satis dilucidè confutavimus, eandem cramben hic recoquere nihil est necesse. Interim tamen ne quis rejectis testimoniis veritate se fraudatum putet, exactissimâ temporum

Confutatio causæ

Supra cap. 6.

Cimbros
per litus
Oceanii
Britannici
nullas un-
quam co-
lonias
duxisse.

1.

Cap. 10.

Lib. 2.

2.

3.

Cap. 16.

Lib. 1.

rum ratione declarabimus à Cim-
bris per supradictum illud Oceanii
littus nullas colonias fuisse ductas.
Nam si ullæ unquam ibi collocatæ
essent, necesse est eas fuisse deduc-
tas vel ante, vel post adventum
Frisiorum: Sed ante Frisiorum ad-
ventum à Cimbris ibi colonias
non fuisse positas tribus argumen-
tisprehendimus. Primò, quod
Cimbri non multò ante Frisios in
Germaniam advenerint, modò
verum esse credimus id, quod He-
rodorus asserit in Thalia: & bel-
lis exhausti coloniam à Frisiis ipsi
acceperint, ut in Vithone seu Ju-
thone Frisonis filio infra a decla-
rabitur. Secundò, quod ille totus
ferme littoris aquilonaris tractus,
de quo hic agitur, usque ad Fri-
siorum adventum inhabitabilis
fuerit, utpote qui per Frisios pau-
latim excultus est. Tertiò, quod
idem ille tractus, quatenus habi-
tabilis erat, à Suevis habitatus
fuerit, qui in Germania Cimbris
& antiquiores & potentiores erant,
quod alibi demonstravimus, ubi
Frisios in Suevorum sedes ad A qui-
lonem successisse docuimus^b. Post
Fri-

Frifiorum autem adventum Cim-
bros ex Chersoneso colonias iftor-
fum nullas duxiffe fatis inde pater,
quod Frifii in poffeffione iftius
terre plus mille nongentis annis
integris jam fuerint, & Cimbros
interea nullos receperint: parti-
culatim id plenius apparebit, fi
perpenfâ illâ rerum Frificarum
Chronologiâ, quam fupra pofui-
mus, acta ipfa iuftis intervallis
trutinentur.

Frifii
quandiu
præfentes
fed s in-
coluerunt

Etenim cùm Cimbri celebrem
illam expeditionem fufceperint an-
no ante natum Chriflum centefi-
mo undecimo, ficuti ex calcula-
tione Cornelii Taciti perfpicitur,
fatis jam conftat eos antehac intra
proximos duos ac ducentos annos
horum colonias non duxiffe, cùm
toto hoc temporis curriculo Frifii
Occidentales in poffeffione ejus
terre fuerint, quæ intra Flevum
& Eidoram eft: Frifii Occiden-
tales ante Cimbricam expeditio-
nem annis novem fuas fedes ultra
Flevum occidentem verius occu-
pant, & fimul etiam mox ulte-
rius propagarint. Quod quidem
non modò ex Archivis noftris,

Cimbri
ex exp
ditionis
tempus

non modò ex Frisicorum, Belgicorum, Anglicorum, Danicorum & aliorum vicinorum Principum collatione, sed ex rerum Flandricarum tractatione constat, de qua supra diximus: jam tum enim Frisii præfectos suos Occidentem versus collocarant, qui novos advenas arcerent. Hinc porro ad Christum usque quid à Cimbris actum dicas? cùm nemo dubitet eos subsequentibus calamitatibus ita fuisse attritos, ut inta Chersonesum se libenter continuerint, cùm ipsi non modò à Romanis pene ad interfectionem cæsi, sed etiam à Danis diu multumque vexari, & tandem prorsus oppressi sint, sicut Hippis ac tonsoribus in Germania constat. Itaque toto tempore, hoc est trecentis tredocim annis, quibus ante natum Christum natio Frisiorum in possessione supradictæ terræ fuit, Cimbras in eam colonias non dâxisse ex his apparet. Nam Orientales quidem non modò Vesvalos, sed & Angrivarios subegerunt, ut infra demonstrabimus. Occidentales aut occupaverunt successu temporis, non modò

Cimbri
ante natum
Christum co-
lonias ex-
tra Cher-
sonesum
versus oc-
cidentem
nullis du-
xerunt.

FRISIORUM LIB. I. 81

Caninefates, sed & ipsos quoque Batavos Neomagum usque, & Ultrajectum cum adnexa dititione sua. Atque hæc quidem ad Austrum: Ad occasum autem iidem Occidentales, cum primum per naturam licuit, pomeria sua per Oceani littus in terras vacuas produxerunt usque ad oram Gallicam, complexi extremas oras Brabantiz atque Flandriz.

Hæc igitur duo Frisiorum regna postquam in unum conjuncta fuerunt, ad occidentem orâ Gallicâ, ad Orientem Juthiâ, ad Septentrionem Oceano Britannico, ad Austrum Neomago terminata sunt; ubi etiam hodie lapis extat cum hac inscriptione: *Hic finis Regni Staurie*: ultiores hujus regni fines in aliam disputationem mihi reservo. Nec verò est, quod lector de veritate hujus historiz dubitet, cum Author certus sit, qui ista Frisiis ademir.

Clotharius enim Francorum Rex ab Occidente omnia Frisiis ademir, quæ ultra Rhenum erant, ab Austro ademir Ultrajectum cum adnexis suis, & Vesvaliam

Clotharius
fius integro
Rege
Berol
quæ Frisiis
demir.

D 5 & An-

De ORIGINE

Radbo-
dus ejus
nominis
primus
Frisiorum
Rex Fran-
cis rebel-
lat.

& Angrivariam. Sed Beroaldier
Adgillo filio nepos Radbodus ejus
nominis primus Frisiorum Rex
Francis rebellans omnia penè re-
cuperavit, quæ avus amiserat, ut
infra copiosius diceretur.

Quod autem Radbodus hic ad-
oram Gallicam usque possessiones
avias recuperaverit satis declarat
Paulus Æmylius, qui tradit in ea
dissensione Francorum, qua illi
Carolus Martellum à majoritate
domus arcere conabantur, ab ad-
versariis ejus Radbodo supradicto
committam fuisse defensionem Au-
strasiæ, quam nos jam Brabantiam
vocamus; utpote qui jurisdictionem
suam, aut certè suæ propin-
quam fidelissimè videretur esse tu-
taturus; paulò post tamen, eodem
teste, mutato in contrarium con-
silio ob diversam suspicionem, ab
eâ præfecturâ remotus fuit, quod
vererentur ne ille suum, non Fran-
corum nepocium ageret, & qui
littoralem Brantiæ partem sup-
jure sibi vendicabat, prætextu præ-
fecturæ totam porro occuparet.
Imitis enim Anrverpiani præfe-
cturam Frisiis ademptam Franci
Bipi-

Pipinis dederant, ejus nomine inter hos & Frisios diu contentio duravit, ut & Goropius indicat.

Constabit & confirmat Æmylini Sabellicus, qui scribit Frisones ex continenti Gallia bellorum injuria pulsos tunc tenuisse Amniam, Strachiam & Astrachiam, insulas circa Rheni ostia, in quibus uxores liberosque, qui per ætatem militare non poterant, tanquam in tuto collocarant, quos & Carolus Martellus hac persecutus fuerit.

Constabit hæc Martelli filius Pipinus, & hanc secutus filius ejus Carolus Magnus, qui cum in Frisia tres Episcopatus erexerit, Ultrajectinum, Monasteriensem & Biemensem, Bissleranos, Hulsitanos, Axellanos, & Hasnenses, qui utique ultra Schaldin habitant in Flandria, tanquam subditos Radbodi & successorum ejus, ut à S. Villibrordo conversi erant, Diocesi Ultrajectinæ subjecit, ut ex Jacobo Mevero discimus: à qua nuper in novorum Episcopatum erectione, quam in Belgio fecit Philippus secundus Hispaniarum.

D. 6 Rex.

Rex, absoluti, & proximo Flandrix Episcopo aggregati sunt, ut in Sanctorum indiculo suo testatur Ioannes Molanus.

Frisii in-
feriores.

Nec est quod quis ided minus hanc terram Frisiis tunc subiectam putet, quod Meyerus suspicetur mare tunc non fuisse inter Flandros & Frisios inferiores, quos ipse Hollandos & Zelandos interpretatur, sed ideo id factum intelligere debemus, quod inferior hanc Frisia, sub qua & Flandria comprehensa fuit, prius ad Christi fidem conversa fuerit, & proinde prerogativam hanc tulerit. S. enim Villibrordus huc semper velut in tutum quendam portum se recepit, quoties à Radbodo fugaretur, suppetente ex propinquo Francorum defensione. Citius enim Franci Occidentalem hanc Frisiam religioni Christianæ subjugarunt, quàm Orientalem, à qua longius aberant.

Passus
sive com-
mercatus
publicus
Frisiæ ul-
tra Rhe-

Accedit huc, quod Carolus Magnus Frisiis obrulerit pristinum salvam conductum & passum publicum ultra Rhenum, ut olim habuerant, sed recipere recusave-
runt

runt ob causas, quas loco suo digemus.

rum &
Carolo
Magno
oblatum

Cum igitur Frisi haftenus in istius terrae possessione fuerint, ut hinc apparet, nemo dixerit in sequenti tempore, quod ad nostram hanc memoriam pertingit, coloniam à Cimbris ullam huc esse deductam, cum & coloniarum ducendarum consuetudo tum cessaverit, & Cimbris à victoribus oppressi in Danorum ius, nomenque concesserint.

Carolo
Magno
oblatum

CAP. XII.

Cimbros cum Chersoneso relicta novas sedes quaererent, per Cauchos ad Frisios non fecisse iter.

Atque ex his quidem quae dicta sunt haftenus satis evidenter pateri errare eos, qui contendunt Cimbro ex Chersoneso Occidentem versus colonias ullas per littora maris Cimbrici posuisse. Restat jam, ut consimiliter etiam ceteros, quotquot sunt, errare declaremus, qui asserunt Cimbro ipsos qui Chersonesum incolue-

Carolo
Magno
oblatum

Carolo
Magno
oblatum

trionalem Oceanum confedisse
 & inde inundatione Gallici maris
 expulsos esse. Quod quidem si quis
 fortè nobis dicentibus non cre-
 dit, ipse Authores illos consulat,
 qui utique & publicati sunt, &
 omnium manibus teruntur, &
 certior factus meminerit ex ipsis
 fontibus potius, quàm ex lacunis
 esse reslinguendam sitim. Nos cer-
 tè mox demonstrabimus Strabo-
 nem & Cornelium Tacitum Cim-
 brorum iter longè aliud indicasse
 quàm hic in Althamero desidera-
 mus, qui in historia memorabili
 ansam errandi aliis negligentia sua
 dedit, utpote qui suam opinionem
 ab Authorum traditione non se-
 paraverit, sed Authorum testimo-
 niis, non modò quæ ipsi tradide-
 rant, sed & id quod ipse hinc pro-
 babiliter collegerat, quasi necessa-
 rio consequens adstruxerit. Ingens
 autem hic error Althameri fuit,
 quod putaverit idèò necessarium
 fuisse Cimbris per Cauchos ac
 Fissios in Brabantiam proficisci,
 quod legerit eos ex ultimis Gallie
 finibus per inundationes expulsos
 in Italiam profectos esse. Duplex
 enim

Strabo ac
 Tacitus
 longè
 aliud iter
 Cimbro-
 rum no-
 bis mor-
 strant
 quam Al-
 thamerus.

Origo er-
 roris Al-
 thameri
 duplex,

FRISIORUM LIB. I. 69

enim causa errandi Althamero
fuit. Prior est, quod non fuerit
recordatus sub nomine Galliarum hic
etiam Germaniam comprehendi:
Altera fuit, quod Straboni credi-
derit neganti in Germania inun-
dationes maris Septentrionalis
fieri. Nam si Strabo rectè negat
in Germania fieri inundationes,
& Galliam non intelligimus aliam,
quàm quæ est ad occidentem Rhe-
ni, colligit Althameros Cimbrum
ac Teuthones ad littora Braban-
tiæ consedis, & inde scilicet
inundationibus expulsos, per Gal-
liam porro in Italiam abiisse. Quod
si factum admittimus, commo-
dus iter ex Chersoneso in istas
Galliæ partes patere non putavit,
quum quod hac suâ conjecturâ du-
ctus indicavit, per Cauchos scili-
cet & Frisios.

Hoc autem iter & alii quidam,
qui ad eundem lapidem impege-
runt, quo Cimbris stabilirent,
subscripserunt Straboni, & confi-
denter asseruerunt, Cimbrum ob
inundationes maris Chersonesum
non reliquisse, quod Chersonesus,
ut ipsi dicunt, suâ naturâ sic ad-
ver-

An Cima-
brica
Chersones-
us inun-
dationes
maris
non sen-
tiat.

versus mare munita sit, ut nullum
 foundationis periculum illi immi-
 nere queat. Quod & res ipsa, &
 autoritas Cornelii Taciti palam
 convincit esse falsum: Castra enim
 ac spacia illa, quæ in utraque Chere-
 sonesi ripa Tacitus tantopere ad-
 miratur, quid sunt aliud quam ag-
 geres ad excludendos maris imper-
 rus à Cimbris facti? Ex his igitur
 fontibus hæc error promanavit.

Germani
 antiquitus
 à Roma-
 nis Galli
 appellati

Nam quod nondum satis discretis
 terrarum finibus Galliæ nomine
 etiam Germania comprehensa fue-
 rit, cum plurimis Authorum testi-
 moniis probari possit, tum uno &
 altero hic brevitatis ergo contenti
 erimus.

Sextus enim Rufus in Epitome
 sua ubi de C. Cæsare loquitur:
 Ceterum (inquit) C. Cæsar cum
 decem legionibus, quæ quaternis
 millibus militum Italorum habue-
 rant, Galliam subegit, cum Gal-
 lis etiam ultra Rhenum positis con-
 fluxit. Hic Gallos ultra Rhenum
 positos eos vocat, quos Cæsar ipse
 Germanos appellat, & se Rheno
 transmissis ex Gallia persecutum
 esse scribit. Sic Plinius & Julius
 Flo.

FRISIORUM LIB. I. 91

Florus Gallum fuisse scribunt servum publicum, qui Minturnis Campaniae oppido cum imperio in carcerem immissus fuerat, ut C. Marium interficeret, quem Vellejus Paterculus Germanum vocat; eundem Valer. Maximus Cimbrum appellat, quippe Cimbrico in bello caprum.

Sic etiam & Florus: Cimbræ (inquit) Teuthoni atque Tigurini ab extremis Galliae profugi cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe querebant. Hic in eadem expeditione tres gentes conjunxit, quas aequaliter educit ex Gallia. Cimbri igitur ac Teuthoni veteri distributione Galli sunt, recenti sunt Germani, quia ad Orientem Rheni habitant; Tigurini autem revera sunt Galli, quia habitant ad Occidentem Rheni: unde luce clarius apparet hic sub nomine Galliae etiam Germaniam censer. Quod & diligenter est adnotandum, cum hæc promiscua appellatio usque ad Julium Cæsarem duraverit, sub quo primum propriis nominibus Gallia & Germania coeperunt appellari.

Galli & Germani peculiari-
bus his
nominibus pri-
mum à C.
Jul. Cæsa-
re discre-
ti.

Origo
disputa-
tionis de
etymolo-
gia nomi-
nis Ger-
manici.

lari: quæ causa Straboni, & post
eum Cornelio Tacito occasionem
dedit disputandi de origine nomi-
nis Germanici, ut infra diceretur
latus. Obnoxiam autem fuisse
Chersonesum inundationibus con-
tra Strabonem & asseclas ejus
idem Florus satis manifestè decla-
rat, cum causam Cimbricæ expedi-
tionis reddit inundationes Occa-
ni: Tigurinos enim, qui Galli
erant, & in Gallia in expeditioni-
s societatem assumpti erant, per
inundationes maris expulsos fuisse
nemo dixerit, quorum patria Ti-
gurinus pagus Uri hodie dicitur,
procul in Helvetiis à mari utique
longissimè remotus. Idem de Am-
bronibus ejusdem expeditionis so-
ciis etiam dici potest, quos Pla-
tarchus Gallos facit in Liguria
sitos; nam & isti à mari absunt
longissimè. Quamquam Philippus
Melanthon more Etymologico-
rum Ambrones interpretatur *Am*
Rhein ad Rhenum, & hac sua
conjectura nixus inde urbem Em-
bricam fabricet; quod tamen est
mirandum, cum ibidem adjiciat
non procul ab aquis Sextiis, ubi

Ma-

Marius vicit exercitum Teutho-
num & Ambronum, urbem esse
Ambronam, nam hoc Plutarchi
traditionem verificat: sed hoc
Philippo, ut & aliis multis, in-
de evenit, quod Cimbrorum iter
apud Strabonem non considerent.

Cimbri itaque & Teuthoni ve-
teri Romanorum distributione
Galli nominantur, & ex ultimis
Galliæ finibus, hoc est, ex Cher-
soneso & conterminio ejus ob
Oceani inundationes profugi se-
des novas quæsisse dicuntur.
Quò & D. Hieronymi elogium
pertinet, qui per epexegesin Ocea-
ni Gallorum ultimum littus, ul-
timum Germaniæ littus interpre-
tatur, unde patet merum esse
somnia, quod de Cimbrorum
itinere per Cauchos ac Frisios isti
nugantur; ut & illud quod ad-
dunt de occupatis ab his in Bra-
bantia ac Flandria sedibus, & his
ipsis ob inundationes rursus reli-
ctis. Et apparet quàm solido fun-
damento iidem nitantur, cum non
alios asserti sui Authores nacti,
quàm quos hic allegat Althame-
us, jactitant se omnium veterum
scri-

scriptorum consensu asserere, quod de Cimbrorum expeditione per Cauchos ac Frisios asseverant.

Cimbri
per Cauchos ac
Frisios iter
in Brabantiam fac-
ere non po-
tuerunt.

3.

2.

Tribus
itinibus
suppeten.

Hoc enim alioqui quàm falsum sit facile perspexerit, quisquis con- sideraverit Cimbros iter per Cauchos ac Frisios facere nec potuisse, nec voluisse. Non potuisse enim eos declarant iusta impedimenta quæ obstitereunt. Primum quod Frisii, qui utrimque tum mari tum terra intra Chersonesum ac Rhe- num ultrò citròque passum publi- cum habebant, eos nequaquam transmissuri fuerint, quod totius Germaniæ interesset, negari tran- situm populo, & potenti & no- vas sedes quærenti; qui si semel receptus esset, quamvis gentem pro arbitrio suo sedibus suis ex- turbaret. Ideòque gentes omnes adversus eos ad subsidium Frisio- rum in armis forent, ad quos vel foederis religio, vel periculi com- munio pertinebat, si Frisii vires ad arcendos eos defuissent. Dein- de nec ipse quidem sius tractus illius maritimi eos hac iter facere patiebatur: ex tribus enim itin- ribus uno tunc ex Chersoneso in Bra-

Brabantiam ac Flandriam tenden-
 dum erat, quorum nullum ingre-
 di Cimbris tunc integrum fuit.
 Primum fuit planè maritimum,
 quo etiam hodie mercatores Dani
 ex Chersoneso anchoram solven-
 tes per mare Cimbricum continua
 navigatione devecti in ostium Scal-
 dis, & inde porò per flumen
 ipsum Antverpiam, vel in oppo-
 sitam Flandriam appellant.

Secundum est partim mediter-
 raneum, partim maritimum, quo
 ex Chersoneso transmissa Eudora
 fluvio partim navigio, partim cur-
 ru per intermedias Cauchorum,
 Frisiorum & Hollandorum urbes,
 per duo ostia Rheni Flevum &
 Helium in ostium Scaldis, atque
 ita porò Antverpiam vel in Flan-
 driam etiam hodie Dani merca-
 tores penetrant.

Tertium est magis mediterraneum,
 quo ex Chersoneso de-
 cidentes, veterem Frisiorum passum
 ingressi, transmissis fluviiis inter-
 mediis, equestri, curuli aut pe-
 destri itinere per inferiorem Ves-
 valiam decurrentes, Rheno trans-
 missa per Eburones ac Tungros
 Ant-

tibus Cim-
 bri nullo
 in Bra-
 bantiam
 venire po-
 tuerunt.

Antverpiam, & inde in Flandriam
 perveniunt. Ultimo hoc itinere
 Cimbros in Galliam profectos esse
 contendit Albertus Crantzius.
 Cujus opinionem nos justis ratio-
 nibus infrâ suo loco refutavimus,
 & certum erat Frisios illis transi-
 tum illac non fuisse concessuros ob
 causas jam supradictas. Primo au-
 tem illo maritimo itinere eos ad-
 venisse nemo hætenus dixit, nec
 miram id quidem: nam unde
 Cimbris ac Teuthonis suppeteret
 ea tempestate, & quorsum etiam
 utilis foret Classis tanta, qua tre-
 centorum milium bellatorum ma-
 num præter mulieres ac pueros,
 & reliquam imbellem turbam,
 præter carros etiam & currus &
 cætera impedimenta transporta-
 rent, præsertim qui non reversuri
 unde exierant novas sedes quære-
 rent? Restat iter medium, quo
 quidam eos venisse putant, eo-
 dem scilicet illo, quo Dani mer-
 catores remenso itinere Antverpiâ
 in Chersonesum redeunt, videli-
 cet per ostia Rheni, ut ipsi dicunt.
 Itaque Antverpiâ solventes ex
 ostia Scaldis in ostia Rheni pene-
 trant.

FRISIORUM LIB. I. 97

rant, Primum enim in Helium
veniunt cum Hollandiam perunt;
deinde veniunt in Flevum, cum
petunt Frisiam: hæc enim duo
ostia Rheni sunt, quæ hætenus ex
Romanorum scriptis ibi cognosci
possunt, sed inundationum tempe-
statibus magna ex parte in unum
& continuum pelagus jam confusa
sunt, ita ut continuâ & non in-
interruptâ navigatione ex aliis in alia
ultrò citròque navigare possis. Per
Hollandiam etiam & Frisiam, ut
& hinc porro ad Chersonesum
iter satis expeditum hodie est,
cum neque currus ibi, neque na-
vigia desint, quibus ab oppidis ad
oppida commodis interstitiis trans-
veharis. Hoc igitur itinere in con-
trarium remenso quidam putant
Cimbros in Brabantiam venisse;
sed somniant illi eandem commo-
ditatem hujus itineris tunc fuisse
quæ nunc est, & pari facilitate
potuisse istac tantum exercitum
proficisci, quâ hodie proficiscun-
tur pauci aliquot mercatores, quo
nihil absurdius cogitari potest.
Primum enim nequaquam fuit
nunc temporis hæc eadem ratio

Primum
Rhene
ostium
Helium. 1
Secun- J
dum Rhe-
ni ostium
Flevum.

Alia fuit
olim, alia
nunc est
ejusdem
itineris
ratio.

E itinere

itineis quæ nunc est. Tunc temporis enim, ut adhuc ætate Plinii, ostia ista Rhæni Helius & Flevus, itemque & Scaldis non ita conjuncta fuerunt, ut nunc sunt: sed fuit inter eorum singula intermedium terrarum spatium immensum, quod nunc à mari prorsus est absorptum. Tunc enim Helium suus alveus deducebat in mare Cimbricum, & item Flevum suis eodem; neque communio horum brachiorum ulla erat antequam extra continentem in commune flaviorum receptaculum Oceanum decurrissent. Helium enim alveo suo decurrentem Briela vidit, à Scaldi longè sejunctum: Flevum, quamvis inæquali cursu, nec certo semper alveo, postquam totam ferme Frisiam ab Australi & Occidentali plagâ ambiisset, Flie-landia vidit, quæ insula olim in medio Flevo fuit, sic ut hoc ostium longissimè in Boream excurreret, neque ad Helium, nedum ad Scaldim usquam pertigerit. Rectè igitur Meyerus collegit, Hollandiam & Zelandiam olim tam longinquo maris spatio non fuisse disjunctas à Fri-

à Frisia. Helium enim, qui potissimum in Zelandiam ab Hollandia separat, inundationes ademptis terris bonā parte truncaverunt: Flevum similis causa in mare Austrinum commutavit, quod hodie inter Staurnam Frisia civitatem & Echusiam in civitatem Hollandiae tribus milliaribus patet; cum tempore S. Villibrordi adhuc ponticulo sterneretur, quem ille fle scorpione nixus saepe transivit. Quicquid qui dicunt Cimbros eandem viā venisse, quā nunc Dani mercatores veniunt Antverpiam, hoc est, per ostia Flevi in ostium Scaldis, cum impossibilia dicant, non modò imperitiam suam ipsi produnt, sed & causam quoque suam palam everrunt. Nam cum Scaldis & Helii & Flevi ostia diversa fuerint, & diversimode eis in Oceanum eruperint, si cui hac iter Antverpiam erat, huic non aliunde patebat accessus, quam per Scaldin, ad quem haec civitas est sita; Helius enim in Zelandiam, Flevus in Hollandiam aut Frisiam adverso flumine proximè ducebat. Nunc igitur confusis

Duo
ostia Rhe-
ni seu Fle-
vi potius
capita ve-
teribus
ignota.

Rheni
cursus
tempore
Drusi.
Rheni
tertium
brachium

omnibus his ostiis, cum unum mare sit, facilius trajectus est, non obstante intermediâ terrâ, quæ tunc obstabat. Sed hæc sunt Rheni ista duo brachia, inter quæ Frisiorum insulas sterni Plinius affirmat. Quæ tam veteribus, quam recentibus scriptoribus hætenus sola cognita esse puto. Cæsar Rhenum pluribus capitibus in mare illabi tradit, nos præsentis instituti ratione duo hic indicabimus, quæ Frisiam Occidentalem, quam hodie vocamus mediam, dividunt, de cæteris in Rheno nostro commodius dicturi. Rhenus autem tempore Drusi ac deinceps circa arces Lobicas, ubi in duo brachia conspicuis alveis in Occasum fertur, tertium habuit brachium, nullo certo alveo clausum, sed ingenti potius lacu informe; quod posteriori sæculo accolarum industria objectis aggeribus in alveum collectum fuit, & Orientem versus præterlabens Daventriam, Isalæ nomen accepit ab antiquo fluvio Isalâ, qui ex oriente in occidentem decurrens Daventriam alluebat. Quam rem testatur

Isa-

FRISIORUM LIB. I. 101

Isala vetus propè Daventriam in
Isalam novum infusus, atque
etiam hodie conspicuus. Hinc
properabat porrò Campos, inde
Occidentem, & tandem etiam
Septentrionem versus inæquali
cursu, nec pari semper alveo Fri-
sia Australem & Occidentalem
partem ambiebat, & Flielandiam
insulam amplexus in Oceanum
Britannicum tandem erumpebat,
ut modò diximus. Multa fuerunt
hoc Flevi tractu insignia & scitu
dignissima antiquitatis monumen-
ta olim, sicuti Phana, luci, syl-
væ, stagna, lacus, vivaria, præ-
dia, ædificia vetusta & similia,
quæ superveniente terrarum inun-
datione omnia ablata sunt, &
vasto maris gurgite unà cum ipso
Flevo absumpta; de quibus com-
modiori loco multa ex archivis
majorum nostrorum aliquando
proditari sumus. Ex hoc autem
Flevo, quem in Austrinum mare
conversum esse diximus, brachia
duo extensa per mediam Frisiam
in Oceanum Septentrionalem de-
ferebantur. Quorum prius popu-
lari linguâ de Middel-Zee/ hoc
est,

Duo bra-
chia ex
Flevo per
Frisiam
decurren-
tia.

Mediterraneus.

Lavicanus sive Lavica.

Obstaculo. Et alia præter illa sunt prædicta ex his duobus Flevis brachiis obiecta Cimbriis.

Civitates 3. ad Mediterraneum ante finem ejus.

est, mare Mediterraneum; posterius die *Laubarts Zee* / hoc est, mare Lavicanum dicebatur. utrumque enim vastissimum erat, & maris æstum sentiebat. Nos illud Mediterraneum, hoc Lavicanum fluvium brevitatis ergò vocabimus, cum in certum alveum utrumque tandem coactum sit. Horum autem vastitas olim obstabat, ut Cimbri, si superiora illa nihil fuissent, hanc tamen superare nullo modo potuissent. Mediterraneus enim ex Flevo derivatus, illâ ex parte, quâ nunc Emissarius Taconius est, Frisiz ilapsus in lacum Sloranum, & deinde in Haganum infundebatur, unde porro moderatiori alveo progressus, prope Bolsvardiam finem faciebat iusti maris, ubi postea per alluvionem succrevit ea, quæ dicitur terra nova. Itaque ad hunc fluvium hoc tractu huc usque præter pagos successu temporis res civitates conditæ sunt, Bolsvardia, Hlostum & Slora. Porro autem Mediterraneus hinc magno anfractu & vastissimo spatio Orientem, & deinde Septentrionem, & hinc

& hinc rursus Occidentem versus ^{Decursus}
 se incurvabat, ubi tandem in ma- ^{Mediter-}
 re Septentrionale erumpebat. Hæc ^{taneis}
 vastitas illic tempore Cimbrorum
 atque etiam Romanorum fuit,
 cum nulli adhuc aggeres liberam
 evagationem fluvii coërcerent.
 Successu enim temporis fluvio
 certus alveus constitutus est,
 utrimque objectis aggeribus. Pagi
 & Civitates, quæ ad utramque
 ejus ripam coaditæ fuerunt, tor-
 tuosum ejus anfractum aggeribus
 adhuc integris testantur fluvio ipso
 per alluvionem nunc oppleto:
 Nam ab ipsâ Bolswardiâ, quæ ^{Ad Meo-}
 Orientem versus tendit ad Austrâ ^{diterra-}
 le latus, visitur Raverdia Rhor- ^{neum sitæ}
 dalsæ, & qua se inflectit in ^{post ejus}
 Septentrionem, sequitur Virde- ^{fluvium}
 mum, Goutemum, Husemum, ^{duæ civi-}
 tum etiam civitas Leovardia, & ^{tates}
 eodem tractu consequenter dein-
 de Jelsemum, Cornemum, &
 Brusemum, & qua se hinc in Oc-
 cidentem incurvat, Betichemum,
 & quod olim oppidum non con-
 temnendum fuit Bellocomam. Ex
 opposita parte à Bolswardiâ serva-
 to eodem anfractu habes Bose-
 mum.

Portus
Manar-
manis.

Althame-
ri est de
portu Ma-
narmani.

Arx
Manni
Prisci & Ma-
narmanis

Mannus
Iunior
portum
condidit
Manar-
manis.

num, Ostervirum, Beresum, Jellemum, Boxemum, Deinemum, Marsemum, Engelhemum, Wiram, Minnertsgaum. In Minnertsgao olim hujus Mediterranei maris portus fuit, quem Ptolemæus Manarmanin vocat, in quo Pharus erat, ad cujus lucernam longè latèque naves in mari Cimbrico cursum dirigeabant. Nam quod Althamerus velut ex autoritate Ptolemæi hunc portum collocat intra ostia fluviorum Vidri & Anisis, eo argumento ductus, quod illic adhuc (ut ait) extent veteris arcis Manarmanis nomen & ruinae, errorem illi peperit, partim antiquitatem nostrarum ignorantia, partim nominum equivocatio: nam inter ostia fluviorum Vidri & Amisis arx fuit Manni Prisci, portus non fuit. Portus enim Manarmanis in Minnertsgao fuit, quem ibi condidit Mannus Junior Frisonis nepos, qui cum materavi genus ex Manno Prisco duceret, & utrique nomen indidit de nomine suo. Arcem dimerunt Vandali cum Osvaliam & Vesvaliam occuparent,

an-

anno Christi centesimo octuagesimo tertio, ut aliàs commodius diximus: portum alluvio exstinxit, cujus adhuc vestigia manifesta extant in Minnertsgao intra Leovardiam & Harlingam, utrimque ferè sesquimiliari, ut alibi latius diximus. Portu igitur illo maris alluvione obturato; in Bellocomo portus diu fuit; qui & ipse tandem objecta terra Bildia oppilatus est, in quâ nunc portum præstat emissarius qui dicitur novus.

Fuit autem post Romanorum tempora Mediterraneus hic mercatorum frequentia celeberrimus; cum hoc compendio intra regionem citra maris periculum Bolsvardiam usque pervenire possent, qui ex Orientali plagâ adventabant, & periculum Oceani vitare cupiebant, quod Stauriensem portum petentibus metuendum erat: præsertim cum merces quas Bolsvardiam advexissent, etiam levi momento vel plaustris vel navigiis Stauriam transportare possent. Erat etiam hic fluvius ob eundem mercimoniorum usum commodissimus cæteris ejus acco-

Celebris
tas &
commo-
ditas Me-
diterraneis

lis, & maxime Leovardienfibus; sed non admodum diu in hoc statu perduravit, qui nunc prorsus oppilatus pascuis ac pratis latissimis florēt. Hujus Mediterranei decursu Frisiae Occidentalis duae partes dirimebantur, cuius altera quae ad Occidentem ejus erat *Westergo*, quae ad Orientem erat *Astergo* populari lingua dicebatur, per apocopen litera u, pro *Westergou Astergou*, quod gubernamentum significat. Sabellus linguae Frisicae imperitus hinc Strachiam & Astrachiam fecit, ubi interim mendum reor esse in priori; cum Vestrachiam ab ipso scriptum putem. Jam verò & Lavicanus Mediterraneo nec moderatior nec angustior ex eodem Elvo descendens ea parte Frisiam intrabat; quae nunc visitur portus Kuynderanus, & lacum Tjukium, Snecanum, Varregaum & Aestromium transiens, certus tandem alvei in mare Septentrionale evolvebatur e regione Ogiae insulae: hic plus minus uno miliari à Mediterraneo, quā illi maxime propinquus erat, Orientem versus distra-

Mediterraneus
Astrachiam à
Vestrachia dicitur
mit.

Lavicanus
descriptio.

Lavicanus
Astrachiam
Frisia dicitur

distabat, & Æstrachiam Frisiæ occidentali à terrâ Gruninganâ dirimebat. Hic fluvius multis ac memorabilibus rebus in eo gestis apud majores nostros insignis fuit, de quibus aliàs commodius. Illud

imit à
terra Grue-
ninga cir-
ca exitum
ejus.

tamen hic indicandum evidentiae gratiâ, quod per hunc fluvium Drusus Frisiam mediam transnavigaverit, & hic immensos illos Frisiorum lacus viderit, quos Romani scriptores celebrant. Dux fuerunt ad ripam ejus olim conditæ civitates; sed longè post Romanorum nedum Cimbrorum tempora. Earum prior ad ostium ejus condita fuit nomine Vardena, quæ & Esonstadium, celeberrimum olim emporium, sed eluvione maris prorsus ante multa sæcula absumptum: Altera dicebatur Vartena, ejus reliquæ super sunt adhuc in pago Vartena; qui non longè abest à Zuichemo Viglii patria.

Drusus
per Lavi-
cam navi-
gavit in
Oceanum
Cimbri-
um trans-
missa me-
dia Frisia.
Plin.

lib. 4. cap.
15. lib.
25. cap.
3. Tacit.
diversis
locis

Ad Lavi-
cam sita
civitates
duæ.

Vardena;
Vartena.
Decursus
Lavica.

Hanc civitatem unâ cum terra circumjacente miris modis inundatio afflixit, adeò mutatis illis omnibus, ut vix agnoverint eandem terræ faciem qui antea vi-

derant. Ex eo tempore desit esse
 vetus illa celebritas hujus fluvii,
 qui nunc ab introitu suo ad hanc
 usque civitatem supradictis lacu-
 bus ferè nititur: post hanc civita-
 tem seu pagum Septentrionem
 versus quò longius alveo jam cer-
 to prolabitur, eo minus naviga-
 bilis est. Ponte Gerconio sterni-
 tur prope Fissietum, & in exitu
 habet emissarium Monasticum.
 Hæc igitur d'io Flevi brachia Fri-
 sian Occidentalem sic olim affli-
 ciebant. Erat in reliquâ Frisia
 Amisîs, erat Jadua, erat Visur-
 gis, erat Albis, erat Eidora Cimi-
 bris futurus impedimento. Nam
 omnes isti fluvii tum temporis ad-
 huc alveis carebant; cùm neque
 aggeribus, neque emissariis suis
 adhuc constricti coërcerentur. Ita-
 que Cimbricæ expeditionis tem-
 pore crebræ & enormes inunda-
 tiones maris & fluviorum erant,
 magna pluribus in locis æstuaris,
 stagna & lacus erant, ut ex supra-
 dictis locis Plinii ac Taciti constat.
 Etiam terra ipsa inculta, paludi-
 bus invia, frequentibus arundine-
 nis impedita erat. Paucissimi toto
 illo

Reliqui
 fluvii Fri-
 siorum.

Frisiæ
 facies
 qualis
 fuit
 tempore
 Cimbro-
 rum.

illo Hollandiæ ac Frisiz tractu
pagi, nullæ prorsus civitates erant,
præter unam Stauriam: quare nec
via, nec itineri, nec adui locus
ullus erat, neque patebat pediti-
bus, nedum equitibus aut curri-
bus aut cavis ullus transitus, im-
pediente ipsâ rerum naturâ. Et si
maximè eadem itineris ratio tum
fuisset, quæ nunc est, non tamen
eadem ratio esset in paucis aliquot
mercatoribus, quæ est in tanto
exercitu. Mercatores enim suas
ditellas de loco in locum facile
trajiciunt, adjuvantibus incolis
quorum interest viam frequentari.
Atqui tantus exercitus quo modo
tanta impedimenta secum ferre
potuit, cui tot fluvii intermediâ
transmittendi fuerint? Et quis cre-
dat Frisios eos per mediam pa-
triam suam transmissuros fuisse,
qui eos per viam Regiam trans-
missuri non erant?

Non ea-
dem ratio
itineris
exercitui
roti quæ
singulis
homini-
bus.

Jam verò si quis Cimbros non
prorsus amentes fuisse putat, is fa-
cilè considerat eos nec in Braban-
tiam aut Flandriam maritimam
tendere, nec iter facere per Cau-
chos ac Frisios voluisse. Primum

Cimbri
iter per
Cauchos
ac Frisios
in Braban-
tiam face-
re no-
luisse, aut
in Flan-
driam.

E 7 enim,

enim, quia pacto publico Ordinum
 Germaniæ Fissii confederati
 erant, noluerunt fidem datam fal-
 lere, vel in extorquendo commeatu
 publico, vel in occupandis iis,
 quæ Fissii vel citra vel ultra Rhe-
 num possidebant; aut si fortè tam
 sancti non fuerunt, tamen istac
 iter instituere, qua tot ac tanta
 impedimenta obstabant, nihil aliud
 erat, quàm contra stimulum cal-
 citrare. In maritimis etiam istis
 Brabantis ac Flandris quid capta-
 rent, eum locum inventuri non
 fuerint, ubi pedem ponerent, ut
 suo loco demonstravimus: & si
 maximè locum inventuri erant,
 quid tamen expeditione istâ suâ
 profecissent, eum malum illud
 quod fugiebant muraturi potius,
 quàm sublaturi viderentur, quod
 nihilo commodius illic acturi fue-
 rint, quàm in Chersoneso suâ.
 Dux causæ fuerunt cur Chersone-
 sum suam reliquerint. Prima fuit
 inundatio, de qua antiquissimi
 scriptores Ephorus & Clitarchus
 & alii quàm plures, etiamsi Po-
 sidonius & cum secutus æquè in-
 eptus Strabo id rideant, ob id,
 quod

Causæ 2.
 cur Cim-
 bræ Cher-
 son sum
 relique-
 rint.

FRISIORUM LIB. I. III

quod non credant in Septentrio-
nali Germaniâ fieri inundationes,
ut supra dictum est. Altera causa
fuit continuum bellum, quo atte-
rebantur, dum Saxones ac Dani
inter se primùm de Vitlandia,
& tandem de universa Chersone-
so contendunt, ut nos infra de-
duximus, & ex Alberto Crantzio
& Saxone Grammatico latius vi-
dere est. Horum igitur incommo-
dorum neutrum vitare potuissent,
si in maritimam illam Brabantiam
aut Flandriæ partem se contu-
lissent: Nam quomodo inunda-
tiones evitarent, ubi aggeres ma-
re non excluderent? & quomo-
do à bellis tuti essent, cum præ-
ter alios etiam Dani litus illud
infestarent?

C A P. XIII.

*Antverpiam non esse Arvaticum Cæ-
saris, neque Coloniam Cimbro-
rum.*

Cum igitur his & consimilibus
Argumentis abunde pateat,
Cimbros neque colonias ullas per-
lit.

Antver-
pia recen-
tior est,
quàm ut
illi Cim-
brorum
tempora
compe-
tant.

littora Cimbrici maris intra Cher-
sonesum & civitates Armoricas
unquam deduxisse, neque ipsos
vel in Brabantia, vel in Flandria
consedisse, neque demum vel po-
tuisse vel voluisse iter in eas par-
tes per Cauchos ac Frisios facere,
nequaquam expectavimus fore,
qui dicerent Antverpiam à Cim-
bris esse conditam, eamque urbem
Advaticum Cimbrorum, de quo
scribit Cæsar. Nam ut in Flandria
extra Mempiscum nihil olim soli-
dum fuisse, & totam alteram ejus
partem, ex qua Flandriæ nomen
obtinet, nihil aliud quàm Flan-
dias ac Poldras fuisse Meyerus &
alii testantur, & ratio evidens
convincit; ita etiam in Braban-
tia extra montosam illam partem
nihil fuisse solidi tum extranei,
tum etiam indigenæ scriptores
unanimiter asseverant, qui totam
campestem Brabantiam olim ni-
hil aliud fuisse asserunt, quàm con-
fluentem Rheni, Mosæ, & Scal-
dis. Arguit hoc ipsius loci humili-
tas & æqualitas; ut quæ per allu-
vionem adjecta montes non rece-
pit. Arguit ipsius terræ qualitas,
quæ

FRISIORUM LIB. I. 113

quæ quoties suffoditur non modò
fundi marini vestigia manifesta
prodit, sed & illatæ terræ novam
illuviem clarissimè demonstrat.
Antverpiam igitur à Cimbris illis,
qui Chersoneso relictâ novas se-
des quæsierunt, non esse condi-
tam, ut hinc consequitur; ita
etiam inde patet, quod ipse lo-
cus, in quo civitas ea nunc est,
per Frisios ab influxu maris vindi-
catus sit. Quod etsi ex iis colligi
liquidò potest, quæ de Flandrico
littore suprâ diximus, quod con-
sentaneum sit eâdem ratione Fri-
sios in Brabantiâ inidem atque in
Flandriâ sub Cimbrorum & Saxo-
num nomine censitos esse; tamen
evidentius ex Chronologiæ nostræ
deductione, quam suprâ posui-
mus apparet. Cimbricâ etiam ex-
peditione longè recentiorē esse
Antverpiam satis declarat præro-
gativa civitatum Brabanticarum,
inter quas cū Lovanium antiqui-
tatis ratione in comitiis publicis
votum primum habeat, reliqua-
rum vetustas hinc æstimandâ est.
Historiæ quoque Sanctorum, qui
populum Antverpiensem ad Christi
fidem

fidem adduxerunt, originem huius
nobis longè recentiorē faciunt.

Annales denique vicinarum gen-
tium, ut Tungiorum, Flandro-
rum, Hannonum, Hollandorum,
Zelandorum, Frisiorum, tum
etiam Francorum, & ipsorum
adeò Brabantorum manifestè de-
clarant, civitatem hanc Roma-
norum, nedum Cimbrorum ætate
longè esse recentiorē. Quæ
proinde pertinaciter negare, ni-
hil aliud fuerit, quàm manifestam
veritatem pessundare, & oculatos
veritatis testes pèrvicaciter exhibi-
lare. Quocirca cùm Goropius Be-
canus Antverpiam contendat esse
Advaricum Cæsaris, hoc est, co-
loniam quæm Cæsar à Cimbris in
Gallia positam scribit, silentio præ-
teriri ac dissimulari poterat, eò
magis, quòd scriptum ejus non se-
rius sit, sed jocularium, sicuti
res ipsa docet eos, qui mentem
habent, & ipse non uno loco pro-
fitetur. Cæterum quia tractus ille
maritimus, de quo suprà dictum
est, hominibus exteris & iis, qui
in mediterraneis degunt, non ita
penitus exploratus est, & proinde
ob-

Opera
Goropii
non seria,
sed jocu-
laria sunt.

FRISIORUM LIB. I. 15

obscuriora videri his illa possunt,
 quæ ibi diximus, opera præcui
 videmus facturi, si præcipua sal-
 tem capita eorum, quæ ille jocan-
 do protulit paucis diluamus: Alio-
 qui enim falso omnia de Cimbris
 ita suprà asseverasse videbimur,
 cum eos nec in Flandriâ, nec in
 Brabantia sedes unquam fixisse di-
 ceremus, si Antverpiam (quæ
 ungue in Brabantia est) Cimbro-
 rum coloniam esse concedamus.
 Itaque ne singulis de integro in-
 silendum sit, fundamentum illud,
 quod toti disputationi suæ ille sub-
 jecit, nos fallum & erroneum,
 planèque nullum esse jam antea
 declaravimus: nam quod ille di-
 cit se de consensu omnium vete-
 rum scriptorum quasi confessum
 & indubitatum sumere, quod Cim-
 bri colonias per littora Cimbrici
 maris Occidentem versus posue-
 rint, quodque relictâ Chersoneso
 novas sedes quæsituri per Cauchos
 ac Frisios iter fecerint, ex Altha-
 mero mutuatus est; ipse his de suo
 explicandi gratiâ addidit; Cim-
 bros per ostia Rheni in Braban-
 tiam trajecisse, eadem uti dicit
 viâ,

Funda-
 mentum
 Goropii
 falsum

viâ, quâ Dani mercatores (qui
 Cimbris oppressis in eâdem Cher-
 soneso successerunt) Antverpiam
 hodie venire solent, quæ omnia ac
 singula quam inepta futilia ac falsa
 sint, cum supra demonstraverim-
 us, istuc lectorem remittimus.
 Inter Authores enim quos Altha-
 merus illic allegat nulli sunt, qui
 de itinere Cimbrorum quicquam
 habent, præter Cæsarem ac Stra-
 bonem, qui longè aliâ viâ eos in-
 gressos esse commemorant. Cæsar
 enim manifestè declarat eos in
 Belgium non venisse, obstantibus
 Belgis & à finibus suis eos arcen-
 tibus, ut vel eo solo pateat Ant-
 verpiam à Cimbris istis non esse
 conditam. Quo igitur itinere pro-
 fecti sint, partim ex proposito,
 partim ex consilio eorum æstimari
 potest, quod ex Cæsare, Strabo-
 ne & Floro colligitur: Florus
 enim dilucidè scribit hoc propo-
 situm Cimbris fuisse, ut novas se-
 des toto orbe quærerent, & hoc
 verum fuisse eventus declaravit,
 cum diversis locis fortunam tenta-
 verint. Consilii ergo fuit, dispi-
 cere quas gentes primò aggredien-
 ren-

Cimbro-
 rum iter
 verum
 Strabo
 ac Cæsar
 indicant.

Cimbris
 in Bel-
 gium non
 venerunt.

Florus de
 Cimbris.

rentur, & quâ iter instituerent. In Flandriâ autem, in Brabantiâ, in Frisiâ nihil erat quod appeterent, & si quid maximè fuisset, tamen nec rerum ipsa natura, nec gentes intermediæ aut vicinæ transitum permittebant. Itaque Strabo scribit eos relictâ Chersone-
so primùm aggressos esse Bojos, qui tunc Hercyniam sylvam incolabant: Erant autem Boji isti teste Cornelio Tacito origine Galli. Quorum majores natali solo relictâ in Germaniam transmigraverant, & locum Hercyniâ sylvâ undique cinctum & circumseptum occupaverant, quem ex nomine suo Bojohemum, id est, Bojorum patriam appellarunt, quam nos hodie Bohemiam vocamus. Ratio hujus consilii Cimbris nec futilis nec frivola fuit. Primùm enim amœnitas, fertilitas ac firmitas ipsius regionis eos invitabat, ut & Marcomannos postea, & adversus Marcomannos quoque Slavos. Deinde consequendi quoque spem faciebat intestinum odium, quo Gallos Germani persequabantur. Augebat hanc spem ipsa commoditas

Lib. 2.
Strabo in
Cimbro-
rum indi-
cat.
Cimbri
Bojos op-
pugnati.

ditas profectiois : Videbant enim Cimbri transitum sibi facilem fore per gentes intermedias , quæ ut Bojis exteris ac Gallis invidebant , ita Cimbriis indigenis ac Germanis futura erant. Videbant iter ipsum planè mediterraneum , nullisque transversis fluminibus iuratum , & proinde comportandis impedimentis aptum & idoneum.

Cimbri à Bojis repulsi , in Galliam contendunt , & reliquam iter conficiunt.

e. iul. Cæsar indicat ubi-
dam Cimbri trajectos
ceciunt.

Itaque etiam istac profecti , Bojos aggressi sunt , sed Marte Bojos protegente reiecti in Galliam deflexerunt ; Ad Istros & Scordiscos , & hinc ad Theuistas & Tauriscos , & inde demum ad Helvetios diverterunt ex quibus Tuginos & Tuginos in militiæ societatem secum assumpsērunt in Italiam transitori. Quantum igitur à veritate Goriopius aberret in describendo Cimbrorum itinere his verbis declarat Strabo. Julius Cæsar similiter declarat quantum Goriopius aberret à vero , si vel in Brabantiam Cimbros unquam venisse , vel per ostia Rheni advenisse dicit , cum ipse eos circa Moguntiam Rheno trajecto in Galliam venisse demonstret : Cæsar enim
ubi

FRISIORUM LIB. I. 119

ubi se ex Remorum legatis Iccio
& Antebrogo de Belgarum vi-
bus, qui adversus ipsum insurge-
bant sciscitatum refert, ita dicit.

„Cū n ab his quæreretur (inquit)
„quæ civitates & quantæ in armis
„essent, & quid in bello possent,
„sic reperiēbat: Pleiosque Bel-
„gas esse ortos ex Germaniis,
„Rhenumque antiquitas tradu-
„ctos, propter loci fertilitatem
„ibi confedisse, Gallosque, qui ea
„loca incolerent, expulisse, so-
„losque esse, qui patrum nostro-
„rum memoriâ omni Gallia vexa-
„tâ Teuthones Cimbrosque intra
„fines suos ingredi prohibērent,
„q̃ a ex re fieri, ut ea n rerum
„memoriâ magnam sibi autori-
„tatem magnosque spiritus in re
„militari somerent. Hæc Cæsar:
ubi satis manifestè docet in Bel-
gium nunquam venisse Cimbros.
Quo igitur itinere in Babantiam
venirent Cimbri ad condendam
Antverpiam, quibus Belgæ ab
Australi, Frisii a Septentrionali
plagâ obstitērunt, ne Brabantiam
ingredi possent. Quod si ergo Fri-
si Cimbri ad Septentrionem,
Bel-

Lib. 2.
de bello
Gallico.

Gallia
populi tri-
plices,
Galli
Aquitani,
Belgæ.

Oportu-
ni as iti-
neris ac
loci arguit
Cimbros
supra Mo-
guntiam
trajecisse
Rhenum.

Belgæ ad Austrum objecti erant, necessario consequitur eos supra Belgas, & proinde circa Moguntiam trajecisse Rhenum. Nam cum Cæsar incolas Galliæ tripartito dividat, in Gallos, in Aquitanos, in Belgas, omni Gallia vexata, solam Belgicam non esse vexatam dicit à Cimbris, & eo nomine Belgas sibi magnopere placere. In Belgica igitur cum sit Moguntia, sequitur Cimbrós Rhenum trajecisse supra Moguntiam, quia scilicet infra non potuerint Belgis obstantibus & impredientibus. Suffragatur huic rei evidenter continuatum iter Cimbrorum, qui cum spe occupandæ Bohemæ frustrati, de aliis sedibus occupandis cogitarent, in commune Germanorum receptaculum, hoc est, in Galliam contenderunt. In quam commodiori itinere pervenire non potuerunt, quàm ut emensâ ipsâ Hercyniâ sylvâ per mediam Franciam duce amni Mœno Rhenum prope Moguntiam trajicerent. Hactenus enim Belgæ, qui ad Rhenum incolebant, à transitu eos arcere potuissent, Galli reliqui non

non pote
vexaveru
partem
piunt. H
præsidia
kalam
posuerun
sar, ubi
„ Ipsi en
„ Teuth
„ iter in
„ Italian
„ tis, qu
„ non po
„ num d
„ præsid
„ reliqu
„ tum
„ exagit
„ ferren
„ rent,
„ pace f
„ locum
Nec eni
bitari p
fidium
sentibus
relinque
transmi
Hercyn

non poterant, quos teste Casare vexaverunt, dum totam reliquam partem regionis penetrant ac diripiunt. Hoc autem & factum esse præsidia eorum arguunt, quæ in Italiam abituri circa Rhenum deposuerunt: de quibus idem Cæsar, ubi de Advaticis loquens: „Ipsi erant (inquit) ex Cimbris „Teuthonisque prognati, qui cum „iter in Provinciam nostram atque „Italiam facerent, his impedimen- „tis, quæ secum agere ac portare „non poterant circa flumen Rhe- „num depositis, custodiæ ex suis ac „præsidio sex millia hominum unâ „reliquerunt. Hi post eorum abi- „tum multos annos à finitimis „exagitati, cum aliàs bellum in- „fenserent, aliàs illatum defende- „rent, consensu eorum omnium „pace factâ, hunc sibi domicilio „locum delegerunt. ita Cæsar. Nec enim vel Casare tacente du- bitari poterat, Cimbros sibi præsidium collocasse, unde si ipsis ab- sentibus necessitas urgeret, isti qui relinquebantur Rheno iterum transmissio per Franconiam & Hercyniam sylvam retrò in Cher-

F

sone-

Præ-
dium
quod circa
ca Rhe-
num po-
suerunt in
Gallia
Cimbris,
arguit eos
supra Mo-
guntiam
trajecisse.

Ubi Ad-
vaticum
Cimbri-
um con-
ditum
fuerit.

sonesum unde venerant remeare
possent. Invento igitur Cimbri-
um præsidio, rectius etiam judi-
cari de eorundem Regione pote-
rit, quam Advatici nomine Cæ-
sar celebrat. Nam cum Cæsar
modò dixerit, Cimbros toto exer-
citu suo, qui plus quàm trecenta
millia bellatorum continebat,
Belgis invitis extorquere sedes non
potuisse, quis credat, sex millia,
quæ in præsidio erant, id potuisse?
Quocirca id quod hic de pace
omnium consensu factâ dicitur,
de finitimis Gallis & Aquitanis
intelligo, quos scilicet bello diu-
turno fatigatos adigere potuerint
ad iniquam tandem pacem, quâ
ipsis domicilio locum quem vel-
lent deligere concederetur. Quo-
circa eos ex præsidio occidentem
versus ita processisse consentaneum
est, ut aut nihil, aut parum à
Belgarum terris occuparent, in
quam sententiam doctissimos quos-
que propendere video: inter quos
& Meyerus Cameracum, quod
populari linguâ *Cambrai* dicitur,
à Cimbris conditum esse putat,
cum quibus eisdem fuisse Britan-
nia

nix Cambros docet. Humfredus
 Lhuydt. & cum Cameracensis
 urbs castro munitissimo firmata
 sit, mihi suspicionem magnam fa-
 cit conciliabilis illa discrepantia
 Dionis ac Cæsaris, ut putem,
 Cameracum esse Advaticorum
 anonymum illud oppidum, quod
 infra mox hic describit Cæsar.
 Nam cum Cæsar illud oppidum
 vocet, & Dion vocet castellum,
 interprete Xylandro, puto fuisse,
 oppidum unâ cum castello: &
 Cæsarem oppidi, tanquam totius
 nomine etiam castellum velut ejus
 partem comprehendisse; Dionem
 autem castelli nomine per synec-
 dochem appellasse civitatem, quod
 in castro expugnando momentum
 civitatis capiendæ fuerit. Certè
 vox Duaci ad nomen Advaci,
 sive Advatici non malè alludit.
 Sed ista quisque accipiat ut volet,
 equidem certè hætenus repperi
 neminem, qui Advaticum Cæsa-
 ris longè hinc collocet. Clarius
 igitur errorem Goropii deprehen-
 demus, si proxima Cæsaris verba
 paulò diligentius exploremus, qui-
 bus de Cimbrorum origine, de

Goro-
pius à Cæ-
sare, quem
Aurho-
rem sequi
debuerat,
tribus mo-
dis defle-
xit,

1.
2.

Goropius
nominis
amphibo-
logia Cæ-
sarem sup-
plantat,
& lecto-
rem ludi-
ficatur,

Italicâ eorum profectiōe, de
præsidio ad impedimenta custo-
dienda relicto, de coloniâ ex præ-
sidiariis ductâ agitur: nihil enim
horum est, in quo cum Cæsare ille
sentiat, nisi in capite primo, ubi
dicuntur Advatici ex Cimbris
Teuthonisque prognati; in tribus
reliquis à Cæsare multum defle-
xit. Cæsar enim ex præsidio, ut-
pote in Galliâ sito, eos mox per
mediam Galliam educit in Pro-
vinciam Romanorum & Italiam:
Ille eos ab ultimis Belgis per me-
diam Belgicam traducit antequam
in Galliam veniant. Hunc enim
errorem illi primus iste peperit,
quo putavit Cimbros in Braban-
tiam venisse per Cauchos ac Fri-
sios, & descendisse per ostia Rhe-
ni, & in extremâ Brabantia con-
sedisse; uno enim dato absurdo
multa consequuntur. In reliquis
autem duobus ambiguitate lecto-
rem ludit, eum Antverpiam suam
aliàs Advatici, aliàs præsidii ti-
tulo coleret: quod ut intelligatur
esse verum, descriptionem Adva-
tici ex Cæsare hic subjungam:
» Advatici (inquit Cæsar) de qui-
» bus

„bus suprâ scripsimus, cum omni-
 „bus copiis auxilio Nervis veni-
 „rent, hac pugna nunciata ex
 „itinere domum reverterunt, cum
 „etis oppidis castellisque desertis,
 „sua omnia in unum egregie
 „naturâ munitum contulerunt.
 „Quod cum ex omnibus in circui-
 „tu partibus altissimas rupes de-
 „spectusque haberet, unâ ex par-
 „te acclivis aditus in latitudinem
 „non amplius ducentorum pedum
 „relinquebatur, quem locum du-
 „plici altissimo muro munierant,
 „tum magni ponderis saxa &
 „præcutas trabes in muro collo-
 „carant. Hæc Cæsar, in quibus
 „habemus advatici ut in superio-
 „ribus præsidii descriptionem. Ma-
 „nifeste autem Cæsar hic præsidium
 „distinguit ab Advatico tribus dis-
 „tinctis, loco, tempore & perso-
 „nis. Præsidium enim circa Rhe-
 „num collocat, Advaticum collo-
 „cat in mediterraneis; Advaticum
 „enim nihil aliud est, quam regio
 „illa, in quam Cimbrorum colo-
 „ni immigrarunt: præsidium dicit
 „esse positum in ipso statim Cim-
 „brorum adventu, unde per mul-

Advaticum
 cum a
 Præsidio
 tribus cir-
 cumstan-
 tiis distin-
 ctum.

ros annos impedimenta custodes
 contra finitimos tutati sunt, dum
 alias illatum defenderent. Colo-
 niam positam dicit esse multis an-
 nis demum post abitum Cimbro-
 rum, pæe jam cum finitimis facta.
 Denique præsidium dicit esse po-
 situm ab ipsis Cimbris: Advati-
 cum conditum ait ab istis præsi-
 diariis, qui impedimentis custo-
 diendis ad Rhenum relictæ erant.
 Atqui ille præsidium cum Advati-
 co confundit, cum Antverpiam
 interdum præsidium faciat: nam
 cum in operis sui præfatione dicit,
 Cimbras esse, qui Antverpiam sub
 Advatici nomine condiderant,
 vult utique videri Antverpiam
 esse Cimbrorum Advaticum, è
 contra cum docet Cimbras in Bra-
 bantiam appulso, Antverpiæ re-
 liquisse custodiendis impedi-
 mentis sex millia, & porrò in Italiam
 abiisse, videri nimirum vult Ant-
 verpiam esse præsidium Cimbro-
 rum. Hujusmodi autem anticheses
 apud hunc Authorem & aliæ mul-
 tæ sunt, quas si quis proinde lo-
 cis, temporibus, ac personis ex-
 pendat, secundum ea, quæ modò

Coropius
 præsi-
 dium cum
 Advatico
 confun-
 dit.

ex

ex Cæsare producta sunt, facile
 perspiciat Antverpiam neque Præ-
 sidium, neque Advaticum esse
 Cimbrorum. Permolestia illi fuit
 hæc Advatici descriptio, quæ ut
 à Cæsare oculato teste graphicè
 facta est, ita oculari inspectione
 efficaciter arguit, eam nullo mo-
 do convenire Antverpiæ. Quo-
 circa Goropius quod apertâ fronte
 non audebat, eam tacitè & clam
 oppugnat. Cæsar Advaticum suum
 tribus circumstantiis, Regione,
 situ, & structurâ circumscripsit,
 quibus rectè consideratis agnosci
 possit. Ad earum duas priores ille
 singulatim respondet, aliamque
 Regionem, & alium situm Ad-
 vaticò convenire docet, quàm à
 Cæsare describitur. Verba ejus hic
 proponere, & interpositâ senten-
 tiâ nostrâ ponderare in gratiam
 lectoris non gravabimur: quid
 enim obstat, quo minus jocose ejus
 jocando paucis detegamus? Go-
 ropius igitur de Advaticorum ori-
 gine locutus, quàm Cæsar in se-
 cundâ illâ suâ descriptione tradit,
 quàm supra posuimus: „ Si hoc
 „ (inquit) Advatici fuit sive

Goropius
 fidem
 Cæsaris
 luxat,
 cujus au-
 thorita-
 tem præ-
 textit com-
 mentis
 suis.

„ In Adv-
 vaticis.

F 4

„ Ant-

„ Antverpiæ exordium, non est
 „ verisimile in paucis post annis
 „ tanta incrementa cepisse, ut fini-
 „ timos hominum numero vince-
 „ rent. Quid, quod ne tum qui-
 „ dem Nerviorum numerum æqua-
 „ verint, quando Cæsari infelice
 „ successu restiterunt. Quocirca si
 „ non est par credere eos homi-
 „ num numero tantum potuisse,
 „ ut statim ab initio conditæ gen-
 „ tis vicinos lacefferent, plurimos
 „ superarent, aliis æquo Marte re-
 „ sisterent, Reges etiam sibi sub-
 „ jugarent, haud equidem scio,
 „ unde vera hæc, quæ Cæsar memo-
 „ riæ prodidit, videri possint, nisi ad
 „ insignem aliquam referantur lo-
 „ ci opportunitatem & singulare
 „ munimentum. Hæc ille, qui
 „ Antverpiam suam hic planè facit
 „ Advaticum Cæsaris, idedque cum
 „ Advatici descriptio quam Cæsar
 „ facit, Antverpiæ nullo modo qua-
 „ dret, & proinde rectè sequatur
 „ Antverpiam non esse Advaticum
 „ Cæsaris, ille ultro Cæsarem ac-
 „ cusat non rectè descripti Advati-
 „ ei, & contendit Advaticum Cim-
 „ brorum longè magis fuisse muni-
 „ cum,

tum, eo reperto colore, quod sibi
 incredibile videri dicat, Advati-
 eos consideratâ brevitate ad tan-
 tam potentiam emeruisse, quan-
 tam Cæsar in illis fuisse prædicat.
 Exaggerat enim hanc potentiam
 productis ex ipso Cæsare exemplis,
 sed hanc ipsam non hominum
 multitudine, sed loci firmitate
 Advaticis comparatam esse ex bre-
 vitate temporis arguit, quod ab
 exordio conditæ gentis Advaticæ
 ad memoriâ Cæsaris effluxit.
 Colligit autem Goropius ex cal-
 culatione Vellæi Patereuli Cim-
 bricam expeditionem esse factam
 annis ante natum Christum cen-
 tum ac septem aut octo, quan-
 quam ex Tacito certius computa-
 ret centum & undecim. Ab eo
 autem tempore ad Julium Cæsa-
 rem sunt anni quinquaginta
 septem, qui Advaticum expugna-
 vit anno ante natum Christum
 sexagesimo octavo. Negat igitur
 Goropius verum dicere Cæsarem,
 nisi intelligenda sint ejus verba de
 majori quadam loci firmitate,
 quâ freti Advatici superare finiti-
 mos potuerint, cum non sit cre-

Tempus
 expeditionis Cim-
 bricæ

In M.
 de Ger.
 morib.

Multipli-
catio ge-
neris hu-
mani.

dibile, ut putat, sex hominum
millia, qui in praesidio relictī erant,
intra 57. annos in tantam multi-
tudinem excrevisse, ut finitimis
numero praevalerent. Sed hīc Go-
ropio respondemus, primū,
quanquam proponantur in supra-
dicto praesidio non nisi sex homi-
num millia fuisse collocata, ta-
men dubium non esse, quin magna
quoque puerorum & adolescen-
tum turba relictā fuerit. Quae ut
ad iter conficiendum tunc idonea
non erat, ita mox in spem suc-
cessionis succrevit. Deinde etiam
dubium non esse, quin & interim
dum in praesidio ad Rhenum age-
rent, & longē magis etiam tum,
cū relicto praesidio in Advati-
cum immigrarent, ingens homi-
num multitudo ex Germaniā se il-
lis adjunxerit. Nec absurdum est
existimare eos non prorsus in va-
eua venisse, cū Advaticum oc-
cuparent, sed etiam veterum in-
colarum numero numerum suum
auxisse. Haec enim & huiusmodi
quorundam alia esse facta inde colli-
gimus, quod Caesar in Advatico-
rum expugnatione quatuor millia

Advati-
corum
multitudo
& capti-
vitas.

prae

pridie ceciderit, & postridie quin-
 quaginta tria millia sub hastâ ven-
 diderit. Quod quidem si Antver-
 piæ Cæsaris memoriâ contingere
 non potuisse agnoscit, fateatur
 sanè Antverpiam non esse Adva-
 ticum Cimbrorum. Ait ille:
 „Qui verò locus cogitari queat,
 „si non illum fuisse dicamus à quo
 „hostes insuperabili difficultate
 „arecerentur, & ea omnia, quæ
 „ad vitam sunt necessaria impor-
 „tari possent, hostibus omnibus
 „invitis? Locus communis est,
 quo sibi transitum præparat ad
 præferendam loci firmitatem ho-
 minum multitudini in ratione
 munitionis, adversis quem re-
 spondemus plus valere defensores
 sine munitione, quàm munitio-
 nem sine defensoribus. In Adva-
 ticis autem neutrum alteri de-
 fuisse. Pergit ille: „Atqui (in-
 „quit) in meditullio Regionis
 „nulla sylva, nulla palus, rupes
 „nulla, quamvis munitissima has
 „duas simul commoditates ha-
 „bere potest.

Ut lector certus sit quò respi-
 cere debeat, ambiguitatis admo-
 nen-

Geopius
Advatici
nomine
ambigua
ludit, &
modo
Regio-
nem, mo-
dò civita-
tem, mo-
dò præsi-
dium
Cimbr-
um intel-
ligit.

nendus est in voce Advatici. Advaticum enim Regio dicitur Advaticorum, in qua civitas fuit à Cesare expugnata, cujus proprium nomen ignoratur. Eam igitur Geopius aliquoties Regionis nomine Advaticum appellat. Quam proinde etsi hic palam non nominet, planè tamen intelligi voluit. Aggreditur enim hic caput primum descriptionis apud Cæsarem propositæ. Nam argumento Regionis docet Advaticorum illud anonymum oppidum quod describit Cæsar, ad utrumque illud belli commodum, quod ipse modò recensuit, non sufficere, quia scilicet in meditullio regionis situm fuerit. Quod inde fit, quod ad solum hoc anonymum oppidum respiciat, præsidium callidè dissimulet: alioqui enim hoc dicere nullo modo posset. Præsidium enim quod à Cimbris Rheno impositum fuit, ita fuisse munitum, ut per multos annos post Cimbrorum abitum, & hostes insuperabili difficultate arceret, & quæ ad vitam necessaria erant hostibus omnibus invitis reciperet, sicut

evenit

eventus ipse docuit, ita etiam
 apud Cæsarem testantur Remi,
 & ratio non obscura convincit.
 Nec enim auxilium illis adversus
 Gallos ex vicinâ Germaniâ, nec
 vitæ bellive necessaria subsidia
 deesse potuerunt, qui Rhenum
 haberent in potestate suâ. Post-
 quam autem relicto Rheno in me-
 ditullium Regionis suæ pervene-
 runt, minus opus habuerunt mu-
 nitione tam arctâ, quia non nisi
 pace omnium finitimorum con-
 sensu actâ illum sibi domicilio lo-
 cum delegerunt. In quo & tran-
 quillâ vivere, & maturè sibi mu-
 nitiones erigere potuerunt. Ad-
 dit ille: „Sunt in mediterraneis
 „(inquit) sic quædam naturâ suâ
 „inaccessa, ut brevi illa quidem
 „tempore expugnari non possint,
 „sed queant tamen longâ obsidio-
 „ne ad inediam & rerum omnium
 „inopiam cogi, præsertim ubi
 „tanta est hostium obsidentium
 „multitudo, quantum Nervii &
 „Eburones contra unum oppidum
 „in armis habere potuissent. Si
 „enim cincti undique Advatici
 „fuissent, quis rogo commeatus

„potuisset inferri, aut quicquam
 „eorum omninò, quæ obsidione
 „longâ pressis sunt necessaria? Nec
 „sanè credendum tam impruden-
 „tes Cimbro, reique militaris
 „tam imperitos fuisse, ut illis
 „angustiis impedimenta præsi-
 „diumque includerent, in quibus
 „nisi ex hostico raperent, fame
 „emoriendum esset. Quod supra
 „admonuimus, præsentis exemplo
 „hic apparet, Goropium Advatici
 „nomine anonymum illud Cæsaris
 „oppidum accipere, cùm ejus in-
 „colas Advaticos vocet. Hos enim
 „negat undique fuisse cinctos, &
 „hic aggreditur secundum caput
 „descriptionis Cæsarianæ, quo
 „aliud situm Advatici fuisse docet,
 „quam qui describitur apud Cæsa-
 „rein. Contendit enim hoc oppi-
 „dum in Mediterraneis à Cimbris
 „non fuisse conditum. Itaque si le-
 „ctor hujus & superioris articuli
 „memor sit, efficacissimè confutata
 „ab ipso Goropio videbit ea, quæ
 „ipse de Advaticorum anonymo
 „oppido dicit infra, ubi illud vo-
 „cat *Alomberg*. Sed obliviscitur
 „hic rursus Goropius præsidii, quod
 „ad

ad Rhenum fuit, in quo quam-
 diu egerunt Cimbri, neque un-
 dique cincti fuerunt, neque ex
 hostico rapere coacti sunt, unde
 viverent, cum Rhenum à tergo
 haberent liberum, & Germaniam
 parentem, unde comneatus im-
 portari posset. Non recordatur
 etiam Goropius Advaticum tem-
 pore pacis esse conditum, & in
 pace diu tranquillè egisse, & in-
 terim hominum numero, & mu-
 nitionum firmitate profecisse, ita
 ut quamvis in mediterraneis situm
 esset, tamen vicinis urbibus iti-
 dem mediterraneis non modò par
 esse, sed etiam prævalere posset.
 Ad extremum autem à Julio Cæ-
 sare esse captum, non quidem de-
 ditione per longam obsidionem,
 sed inusitatis machinis & insolito
 belli genere: quod idem & aliis
 in Galliâ civitatibus contigit. Ad-
 dit Goropius: „ Si igitur accura-
 „tè totius hujus regionis situm,
 „quæ Eburonum, Nerviorum,
 „& Ambivaritorum erat media,
 „consideremus, nullum locum in-
 „veniemus, hoc, in quo Antver-
 „piæ condita est, impedimentis
 „custo-

„custodiendis aptiorem. Ab oc-
 „cidente enim latissimo, profun-
 „dissimo & æstuoso flumine clau-
 „debatur, &, ut tum temporis
 „res erant, undique à flumine
 „paludes invixæ, altum illud in
 „quo Antverpia stat, fœda uligi-
 „ne cingebant. His accedebat
 „sylvæ horror, quarum reli-
 „quæ hætenus ad ipsa prope
 „mœnia contingunt. Adde ut
 „tum loca erant aggeribus fortasse
 „parum munita longa per Ambi-
 „varitorum fines æstuaria. Sed
 „præcipua ad defensionem vis in
 „paludibus fuit, quæ urbem hæ-
 „tenus ambiunt, quamvis indu-
 „striâ & labore hominum altio-
 „res factæ nunc lata pascua ju-
 „mentis præbent. Nec alius ab
 „Oceano Scaldin adversum sub-
 „euntibus prius locus occurrit in
 „fluminis ripâ habitationi com-
 „modus, qui citra aggerum mu-
 „nimenta undas excludat, quàm
 „ad hunc tumulum venias, qui
 „ab arce nostra sive *Burgo* ad
 „*Kielman* usque suburbanum pa-
 „gum modicè leniterque è flumi-
 „ne consurgit. Hætenus Goro-
 „pius

pius docuit Advaticum tali loco non esse conditum à Cimbris, qualem illi suâ descriptione attribuit Cæsar. Nunc docet eo loco Advaticum esse conditum, quo sita est Antverpia, cum hic locus ad amissum suâ descriptioni conveniat, ex quo intelligi debet, cum ad Antverpiam solam direxisse hanc descriptionem: In hoc autem duplex est ejus animadvertenda solertia. Prima est, quod ad solum Advaticum direxerit orationem suam, Præsidium ex quo præsens pendebat ejus confutatio constanti silentio involverit. Altera est, quod fidem Cæsaris labefacter, cujus authoritatem discis suis prætexit. Cum igitur in Advatici descriptione Goropius à Cæsare dissentiat, ut hinc apparet, quæro cui fidendum sit? Veram equidem Advatici descriptionem apud Cæsarem esse puto, nec diffiteor veram hic subjungi Antverpiæ descriptionem apud Goropium. Sed quia Goropius hac suâ descriptione locum Antverpiæ condendæ demonstrat, qui & Regionis & situs ratione longissimè discre-

LIBROS
DEL RE
A. MARCO

discrepat ab illo, quem describit
 Caesar, semet ipse Goropius va-
 lidissimè confutat, & efficacissi-
 mè convincit, Antverpiam non
 esse Advaticum Cimbrorum. Ex
 verò si locus ille in quo Antver-
 pia condita est Cimbrorum tem-
 pore sic naturâ munitus erat, ut
 scribit Goropius, capi nullâ vi po-
 tuit; & proinde consequitur Ant-
 verpiam non esse Advaticum
 Cimbrorum, quod se cepisse scri-
 bit Caesar. Quomodo autem Cim-
 bri adverso Scaldi in hunc locum
 venire potuerint, equidem non
 video, cum per Cauchos ac Fri-
 sios iter facere non potuerint.
 Denique cum hunc ipsum locum
 quem Antverpiæ tribuit Goro-
 pius, ipse inter Eburones, Ner-
 vios, & Ambivaritos medium
 faciat, quæro quomodo id fieri
 potuerit, siquidem Eburones,
 Nervii, Ambivariti Belgæ sint,
 eum Belgæ Cimbrorum intra fines
 suos non admiserint, uti testatur
 Caesar? Subjungit Goropius:
 „Ad hunc igitur cum Cimbro-
 rum multitudo pervenisset, vi-
 derentque locum naturâ muni-
 tissi-

„tissimum, & com meatui impor-
 „tando per flumen idoneum,
 „continuerunt se nonnihil, quo
 „ulteriora, qualia essent, explora-
 „rent: deprehentum itaque al-
 „terum duorum eligendum, vel
 „per apertas Nerviorum & reli-
 „quorum Belgarum campos iter
 „habendum, vel per asperrimas
 „Arduennæ difficultates exerci-
 „tum ducendum esse: Prius ne
 „facerent virtute & numero Bel-
 „garum sunt prohibiti, uti de
 „Cæsaris verbis apertum feci:
 „Alterum verò non difficile mo-
 „dò & arduum, sed impossibile
 „etiam & desperandum videba-
 „tur propter magnam impedimen-
 „torum copiam & grandem mul-
 „titudinem eorum, qui vel per
 „ætatem, vel per morbum tantis
 „laboribus & ærumnis impares
 „essent. Quid igitur facerent?
 „consilium è re natâ & præsentî
 „necessitate capiunt, ut imbellem
 „multitudinem & impedimento-
 „rum partem citra sylvam depo-
 „nerent, ipsi deinde expediti me-
 „dios saltus penetrarent. Ecce
 „amice lector apud Goropium,

— Ubi

— — — Ubi amphora coepit
 Institui, currente rota cur uicetur
 exit?

Goropius
 ad Advati-
 co ad
 Praesi-
 dium de-
 lectis.

Goropii
 ambigui-
 tas discus-
 sa.

Modò contendit Goropius lo-
 cum inidoneum esse, quem Advati-
 co Cimbrorum assignavit Cz-
 sar, ipse hic Antverpiæ locum
 assignat, quem Cimbrorum præ-
 sidio idoneum fuisse declarat. Ita-
 que hinc apparet quàm iniquam
 locorum comparisonem fecerit,
 eum Antverpiam contulerit cum
 Advatico, quam conferre debue-
 rat cum Praesidio. Praesidium enim
 cum Praesidio, & Advaticum cum
 Advatico conferendum erat. Ant-
 verpiam autem hic non pro alio,
 quàm pro Cimbrorum praesidio
 accipi debere, cum orationis ipse
 tenor, tum etiam res gesta decla-
 rat, cum Cimbrum in Italiam pro-
 fecturi hic sua impedimenta, &
 his custodiendis aliquam multitu-
 dinem deposuerint, ut Goropius
 ipse declarat. Interim tamen hic
 Antverpiam palàm nominat Advati-
 cum. Quid igitur hic dicen-
 dum est? illud scilicet, quod hac
 ambiguitate lectorem Goropius
 ludificetur, ut Antverpiam modò

Prae-

Præsidii, modò Advatici coloribus pingat: qui perinde eruenda veritatis ergò in ordinem redigendus est: Antverpia enim si à Cimbris istis est, de quibus agit Cæsar, aut Præsidium aut Advaticum Cimbrorum est, aut utrumque: sed utrumque esse non potest, quia Advaticum à Præsidio discrepat personis, temporibus ac locis, ut supra dictum est. Quare cum Goropius Antverpiam suam modò præsidio, modò Advatico accommodet, utrumque facit, & proinde neutrum esse declarat, quia discrepantia confundit. Antverpia igitur aut alterutrum erit, aut neutrum, sed neutrum erit, quia neutrius proprietates illi competunt. Advaticum Cimbrorum à colonis eorum conditum esse scribit Cæsar: Antverpiam conditam esse à Cimbris ipsis scribit hic Goropius. Advaticum Cimbrorum conditum esse scribit Cæsar pace jam cum finitimis factâ multis annis postquam Cimbri abiissent: Antverpiam suam conditam esse scribit Goropius in ipso statim Cimbrorum adventu. Advatici

vaticum Cimbriorum Cæsar scribit conditam esse in mediullio regionis mediterraneæ: Antverpiam suam Goropius scribit esse conditam ad Scaldin Fluvium, quâ ille influit in Oceanum. Quibus proinde omnibus ac singulis justâ bilance ponderatis luce clarius utique perspicitur, Antverpiam non esse Advaticum Cimbriorum. Præsidium etiam Cimbriorum Antverpiam non esse multo clariores rationes arguant. Præsidium Cimbriorum conditum scribit Cæsar à Cimbris ipsis in usum impedimentorum, & eorum qui his custodiendis relinquebantur: Goropius etsi verbis non asserat, re ipsâ tamen satis declarat à Cimbriorum colonis esse conditam Antverpiam: Antverpiæ enim conditores Advaticos, ut & ipsam Antverpiam Advaticum facit, Advatici autem non Cimbri erant, sed Cimbriorum coloni, qui Præsidio relicto Advaticum condiderunt. Cæsar Præsidium Cimbriorum sublatum esse declarat, ex quo pace factâ in Advaticum immigrassent illi, qui in præsidio erant,

erant, quod & evidens ratio comprobatur; nam quorsum vel ipsis Advaticis utile, vel finitimis eorum tolerabile præsidium esset, pace jam factâ, quod in usum belli comparatum fuerat? planè enim metuendum id erat, si custodibus aliò profectis militari more corruptum & sublatum non fuisset, ne alii aliunde occuparent, ac de integro finitimos hinc vexarent. Goropius Antverpiam suam à primo Cimbrorum adventu hactenus durasse non uno loco jactitat, & ante natum Christum anno centesimo septimo, aut octavo conditam gloriatur. Cæsar præsidium Cimbrorum circa Rhenum positum fuisse scribit: Goropius Antverpiam suam ad Scaldin collocat eo loco, quo nullum Rheni brachium, nedum Rhenus ipse Cimbrorum tempore pertingere potuit. Nam quod hodie confusis Rheni & Scaldis ostiis libero mari in adversum Scaldin ex Canchis ac Frisiis innavigetur, id tunc obstantibus terrarum intervallis, & discretis integrisque Rheni brachiis intermediis fieri non potuisse

supra

Goropius
ipse secum
diffidet.

Situs
prædii
Cimbri
Goro-
pium con-
suat.

suprà abunde declaravimus. Hinc
etiam judicari potest quàm verè
hic dictum sit à Goropio, hunc
locum in quo Antverpia condita
est, visum esse Cimbris naturâ
munitissimum, & comeatui im-
portando per flumen idoneum esse.
Nos enim Cimbro in Braban-
tiam nunquam venisse, & hunc
locum, in quo Antverpia est ætate
Cimbrorum in rerum naturâ non
fuisse suprà liquidò declaravimus,
& ipse Goropius quasi sui oblitus
paulò inferius, ubi de projectis
agit commeatui importando ini-
doneum fuisse scribit, quod quan-
quam verum sit ob eas causas,
quas ipse illic reddit, versus ta-
men est ob eas, quas nos reddi-
mus, videlicet propter Frisios,
qui à tergo commeatum interci-
pere aut certè impedire potuissent.
Porro autem Cæsar indicat præ-
sidium Cimbrorum Austrum ver-
sus positum fuisse supra Belgas,
quia cùm Rhenum circa Mogun-
tiam trajecissent, Belgæ eos ar-
cuerunt, ne fines eorum intrare
possent. Goropius Antverpiam
Septentrionem versus in extrema
Bra-

Brabantia, hoc est, in ultimis
 Belgarum finibus collocat, unde
 sine dubio intelligitur Antverpiam
 non esse praesidium Cimbrorum.
 Quod si autem nec Praesidium,
 nec Advaticum Cimbrorum est
 Antverpia, ut ex his apparet,
 utique sequitur esse neutrum: Ita-
 que res ipsa loquitur Goropium
 non alio fundamento Antverpiæ
 suæ Advatici titulum vindicare,
 quam communi scribentium opi-
 nione ex Althamero potissimum
 conceptâ, qui primus, ut equi-
 dem hætenus comperio, Cimbro-
 per Cauchos ac Frisios in Braban-
 tiam deduxit. Quem quidem cum
 à vero longissimè aberrare supra
 demonstraverimus, ex consequen-
 ti etiam fundamentum Goropii
 necessariò concidit: ex quo con-
 sequitur omnes dimensiones ejus
 quas Advatici declarandi gratiâ
 multiplices in determinandis ter-
 rarum intervallis ac spatiis habet,
 erroneas ac falsas esse, qui centrum
 his omnibus falsum ponit, dum
 interstitia earum omnia metitur
 ex Antverpiâ, quæ nec Advati-
 cum est, nec ad Cimbro quic-
 quam

Andreas
 Althame-
 rus Goro-
 pium in
 errore
 fuit.

Dimen-
 siones
 Goropii
 falso cen-
 tro nixæ,
 erroneæ
 sunt.

quam pertinent: Centrum enim Advatici constituendum erat in mediotallo Regionis istius, quam hoc nomine à Cimbris cultam fuisse scribit Cæsar. Hinc dimensiones in omnes plagas faciendæ erant. Quarum quæ Septentrionem versus tenderentur, non nisi ad Australes usque Belgarum fines produci poterant. Hic enim Advaticorum fines terminari ex Cæsare discimus, ut suprà declaravimus. Hinc igitur intelligi potest, quàm solida deliberatio illa fuerit, quam Cimbris hic attribuit Goropius, dum consultant, quo itinere Belgium penetrare possint, in Galliam & inde in Italiam profecturi, per apertos Eburonum, Nerviorum ac reliquorum Belgarum campos, an per asperissimas Arduennæ difficultates: Nam si Straboni ac Tacito verum iter Cimbrorum describentibus potius, quam Althamero auscultasset Goropius, illi Cimbris, neque Arduennam sylvam succidendam, neque per apertos Eburonum, Nerviorum & reliquorum Belgarum campos iter faciendum

dum fuisse indicassent. Præsidium
 enim Cimbrorum, unde iter in-
 struebant, non infra, sed supra
 Belgas erat in ipsâ Galliâ, unde
 in Provinciam Romanorum &
 Italiam profecturi, non Septen-
 trionem versus per Belgas descen-
 dere, sed Austrum versus per
 Gallos ascendere debuerunt: Ideo-
 que Belgæ illos impedire non po-
 tuerunt. Itaque verba Cæsaris Go-
 ropius hic non modo perperam
 citat, sed etiam præposterè inter-
 pretatur: Cæsar enim tantum hoc
 dixerat, solos Belgas esse, qui
 omni Galliâ vexatâ Teuthones ac
 Cimbros intra fines suos ingredi
 prohibuissent. Quo ille significare
 voluit Cimbros ex Galliâ, ubi præ-
 sidium habebant, Septentrionem
 versus in Belgium nunquam ve-
 nisse, nedum Advaticum ibi con-
 didisse: Goropius autem Cæsarem
 perinde hic citat, ac si dixisset,
 Cimbros numero ac virtute Bel-
 garum prohibitos fuisse, ne ex
 Septentrione, ubi eos fuisse Go-
 ropius præsupponit, Austrum versus
 per apertos Eburonum ac Nervio-
 rum campos iter facerent in Gal-
 liam.

Cimbri
 Per Bel-
 gium pro-
 fecti non
 sunt, in
 quo præ-
 sidium eo-
 rum non
 fuit.

Goropius
 Cæsarem
 insincere
 tractat.

liam. Hinc enim necessitatem col-
 ligit, quæ per Aduennam sylvam
 eos proficisci coegerit. Cujus ab-
 surditatis illi non alia fuit causa,
 quam quod Antverpiam consti-
 tuerit profectionis Cimbricæ prin-
 cipium; unde & ipse hic secum
 pugnancia locutus est. Nam si, ut
 ipse dicit, Cimbri virtute & nu-
 mero Belgarum prohibiti sunt,
 ne per apertos Eburonum ac Ner-
 viorum campos iter facerent, quo
 modo in Eburonum finibus præ-
 sidium relinquere, & Advaticum
 condere potuerunt? & quo modo
 Arduennam sylvam succidere po-
 tuerunt, Belgis omnibus invitis?

Goropius
 ipse secum
 dissidet.

Larva
 Goropii
 sub qua se
 vendicat
 oculis in-
 cuto.
 sum.

Nemo igitur miretur hæc in
 Goropio, qui servit instituto suo,
 & exercendi ingenii sui gratia lu-
 dit in argumento *adversum*. Quod
 quò clarius appareat prætextum
 ejus detegamus, quo ex Galliâ tran-
 silivit in Brabantiam ad conden-
 dum Advaticum suum. Ptolemæus
 lib. 2. in tabul. 3. Europæ capit. 9.
 ubi de situ Galliæ Belgicæ agit,
 in Tungris urbem collocat nomi-
 ne Advacurum, quam nonnulli
 putant ab Advaticis esse conditam

eo tempore, quo ipsi Eburonibus imperabant: Arripit hoc Advacurum Goropius, & quasi mendum sit in Ptolemæo Advaticum vocat, quo posito perinde ac si Cæsarem Ptolemæus interpretetur, ipse porro asserit Ptolemæum in Tungrorum finibus collocare Advaticum, quod in Antverpiæ nomen postea transferit. Atque ita sub specie fidei ac diligentiae lectorum incautum ludificatur, dum ipse elabitur ac transit quod vult, & utrumque authorem obruto collo trahit, quo lubet. Discutienda est igitur hæc nominum confusio, ut repurgatis codicibus appareat, quid Cæsari, quid Ptolemæo suum, quid lectori utrobique sequendum sit. Fallitur autem quisquis putat, vel Advaticum idem esse quod Advacurum, vel utrumque ibidem reperiri. Itaque neque Advaticum in Ptolemæo, neque Advacurum in Cæsare usquam reperias: Apud Cæsarem enim ubique constanter Advaticum est, hoc excepto, quod in quibusdam codicibus, quos commodum suo sequitur Goropius dein-

Ambiguitate Advatici & Advacuri locum Goropius ludificatur.

mutato Atvaticum scribatur. Apud Ptolemæum autem ubique constantissimè reperitur Atvacum, quod & Ortelius testatur in suo Onomastico geographico, & *Ἀττάκτο* etiam in omnibus exemplaribus græcis legitur. Falsum igitur est, quod Goropius a'erit Ptolemæum ponere Atvaticum in finibus Tungrorum, cum Ptolemæus Advacutum tantum agnoscat, Advaticum nusquam memoret, utpote quod ignorat. Non sufficit autem Goropio sub hac nominum confusione à Cæsare ad Ptolemæum, à Provinciâ, ut mox ostendemus, ad civitatem tacitè incautum lectorem traduxisse, sed & civitatem ipsam quam fabricat non ex descriptione Ptolemæi quem allegat, sed ex arbitrio suo collocat, ubi vult: Dicit enim: Ptolemæum collocare Atvaticum suum (sic enim ipse vocat) in Tungrorum finibus, cum Ptolemæus finium mentionem nullam faciat. Verba Ptolemæi hic proponam, ut lector conspiciat ac judicet, qui ubi à Morinis ad Tungros describendos

Goropius
lectorem
ludifica-
tur ambi-
guitate
finium.

tran-

FRISIORUM LIB. I. 151

transit: „ Post hos (inquit) Mo-
 „ rini ad ortum, quorum medi-
 „ terranea civitas Tarvanna. Dein-
 „ de post Tabudam fluvium Tungri,
 „ & civitas eorum Arvacutum.
 hac ille, ubi finium utique mentio-
 nem nullam facit: Unde vel stul-
 tus intelligat Goropium servire
 instituto suo. Nam si Arvaticum
 Ptolemæi (ut ipse jam vocat) sit
 in Tungrorum finibus, quomodo
 poterit id Antverpia credi cum
 ætate Ptolemæi tota campestris
 Brabantia una cum Antverpiâ suâ
 sub aquis adhuc fuerit, ut & actis
 publicis, & multis eruditis viris
 attestantibus abundè constat? quo-
 rum testimoniis confutandis occu-
 parur Goropius in Niloscopio suo
 pari fide ac dexteritate, atque hic.
 Qui autem ætate Cimbricâ Tun-
 giorum fines ad campestram Bra-
 bantiam usque protensos fuisse cre-
 dat, cum satis constet, Tungro-
 rum civitatem etiam recentiori
 memoriâ fuisse maritimam. Hoc
 enim non modò Raymundus Mar-
 lianus, Christianus Massæus, &
 complures alii viri docti asserue-
 runt, sed & ex ipsorum Tungren-
 sum.

Tungro-
 rum civi-
 tas olim
 maritima

sum, Trajectensium & Leodien-
 sium & vicinarum gentium anna-
 libus, & ex multorum Sanctorum
 vitis, qui illic postea versati sunt,
 sine dubio perspicitur, suffragan-
 tibus etiamnum hodie manifestis
 istic Oceani vestigiis: quæ Goro-
 pius ut cætera levi loco amolitur.
 Etsi autem Ptolemæi ætate Ant-
 verpia in Brabantia, & Braban-
 tia ipsa sub Tungris fuisset, quid
 haberet tamen Goropius cur eam
 collocaret in Tungrorum finibus,
 cum Ptolemæus in Atvacuto suo
 finium mentionem nullam faciat?
 Etsi Ptolemæus Atvacutum suum
 maximè collocasset in Tungrorum
 finibus, ut falso Goropius asseve-
 rat, quid haberet tamen Goro-
 pius cur Antverpiam suam collo-
 caret in finibus Aquilonaribus,
 nisi ut inserviret instituto suo? cum
 fines cujusque ditionis quadrisa-
 riam utique sumantur, & non
 modò ad Septentrionem, sed &
 ad Austrum; non modò ad Orientem,
 sed & ad Occidentem por-
 rigan- tur. Non fuisse autem Atva-
 cutum Ptolemæi in Tungrorum
 finibus, sed in ipso meditullio
 dicio-

ditionis Tungricæ situm, ex ipso
 Prolemæo facillè colligitur, qui
 cum in Morinis unicam duntaxat
 civitatem nominasset, Tarvan-
 nam, ut supra apparuit, eandem-
 que Mediterraneam esse dixisset,
 & similiter in Tungris unam dun-
 taxat nominasset, Atvacutum,
 etiam idem Mediterraneum intel-
 ligi voluisse credendus est, suffra-
 ganibus præsertim tabulis anti-
 quis, qualem edidit Joannes Schor-
 tus Argentinensis anno Christi
 1513. in quâ Tabulâ Morinos à
 Tungris, Schaldis Tungros à Me-
 napiis dirimit, & Atvacutum in
 Meditullio ditionis Tungricæ col-
 locatur. Ubi diligenter proinde
 considerandus est locus Goropii,
 qui non modò urbem ex meditul-
 lioregionis in fines extremos trans-
 fert; sed etiam Schaldin cum Ta-
 bullâ confundit, ipsumque Tabul-
 lam commodo suo Tabulandam
 vocat, sicut in quibusdam exem-
 plaribus habetur, eundemque Ta-
 budam populari nomine *Sta bunt-*
ten/ hoc est, Sta foris, antiqui-
 tus ab indigenis esse vocatum fin-
 git, eo nimirum commento, ut

De ORIGINE

subindicaret hic ab se ad historiam Cimbrica veritatem lectoribus suis esse clausam januam: alioquin enim codicum discrepantiam tolleretur, & quid lectori in dubio sequendum esset, explicaret, ex Tabullæ autem situ satis apparet, Tungros Tungrensiū civitatem olim ad sinum maris fuisse sitam, in quem Schaldis influebat.

Autho-
rum opi-
nio de
Atvacuto
Ptolemæi.

Quæ res ignorata magnos errores multis peperit, quos in Rhe-
no nostro diligenter savente Deo-
sumus discussuri. Certè quotquot
hactenus Atvacutum Ptolemæi
diligentius investigarunt: Austrum
versus & in Mediterranea magis
ascenderunt. Sunt enim apud Al-
thamerum, qui putant esse Traje-
ctum ad Mosam. Hubertus Tho-
mas Leodius putat esse Abbatiam
Tungerloensem. Abrahamus Or-
telius in itinerario suo testatur esse,
qui contendunt castrum illud esse
non longè dissitum ab urbe Leo-
diensi, quod alii Varucam, alii
Varucam nominant, ipse judicat
esse oppidum illud, quod itinera-
rium Antonini vocat Atvacam
Tungrorum, quo nomine etiam

321

in tabulis geographicis ipse appellatum reperio, & à Pervissaco ipse ait Rhenum versas milliaribus quatuordecim distare, alii aliter. Quorum omnium conjecturas huc congerere & longum & inutile foret, nemo saltem à me repertus est, qui Ptolemæi Atvacutum collocaret in campestri Brabantia, præter unum Sebastianum Munsterum, qui hoc loco apud Ptolemæum disertis verbis Atvacutum interpretatur Antverpiam, sicut & Tungros Brabantiam, cujus tamen autoritate se Goropius nusquam fulsit. Idèd fortasse, quod ipse videri velit inventi hujus tam præclari author primus, vel copotius, quod Munstero citato se de gradu dejectum iri paret, cum ipse Atvaticum apud Ptolemæum in Tungrorum finibus collocet, Munsterus autem Atvacutum ibi ponat, & de finibus mentionem nullam faciat. Etsi enim interdum & in finibus esse dicamus, quod intra fines est, sicut omnes cujusque dirionis civitates intelligimus, Goropius tamen Antverpiam ita in finibus Tungrorum collocat,

ut fines limitem, & Atvacutum
 instar Antverpiæ limitaneam ur-
 bem intelligi velit: quod in Ant-
 verpiâ verum, ita in Atvacuto
 falsum est. Cùm igitur sub confu-
 sione nominum Advatici & At-
 vacuti lectorem Goropius hoc
 modo ludificetur, quo tandem
 Criterio lector judicabit, quid
 sibi de Antverpiâ tenendum sit?
 Respondemus: Meminerit lector
 Atvacutum ab Advatico, ut scri-
 pturâ, ita etiam authoribus & re-
 bus ipsis discrepare. Restituat
 Ptolemæo suum Advacuum, &
 Cæsari Advaticum: & sciat At-
 vacuum Ptolemæi esse civitatem,
 Advaticum Cæsaris esse integram
 regionem, & faciliè deprehendet
 Antverpiam non esse Advaticum
 Cimbrorum, tum quod Antver-
 piam ipse Goropius Regionem hic
 non vocet, tum quod suum Ad-
 vaticum Ptolemæi indicio ipse ur-
 bem esse declarer. Hoc tamen quò
 clarius intelligatur age paucis hic
 demonstramus, Antverpiam Goro-
 pii ab Advatico Cæsaris toto na-
 turæ ordine, manifestâ loci qua-
 litate, & visibili moenium structurâ
 discrepare.

Goropii
 ambigui-
 tas discuf-
 fa.

Antverpia
 ab Adv-
 atico tribus
 modis
 discrepat.

Pri-

Primum enim certum est Advaticum apud Cæsarem esse totam illam Regionem, quam Advatici isti Cimbrorum coloni incoluerunt. Advaticos enim Cæsar vocat integræ ditionis Advaticæ incolas. Quo modo Brabantos dicimus incolas ditionis Brabanticæ. Hoc enim declarat Cæsar ut alibi disertis verbis, ita etiam hic certissimâ demonstratione, cum dicit Advaticos cunctis oppidis castellisque desertis sua omnia in unum egregiè naturâ munitum contulisse, ut dubitandum nullo modo sit, quin Cæsar de Advatico hic tanquam de Regione aliquâ integrâ loquatur, atque ita etiam Petrus Divæus & cæteri interpretes intelligunt, ut infra mox patebit. Atqui Goropius de Antverpiâ non ut de Regione, sed ut de civitate loquitur, nec ipse aliter accipit. Intelligitur id ex primâ ejus propositione, quâ suprà dixit, Cimbro esse, qui Antverpiam sub Advatici nomine condiderunt: item qui paulò ante dixit, Ptolemæum collocare Advaticum in Tungrorum finibus, quod in

Advaticum est
Regio
apud Cæsarem.

Advaticum
Goropii civitas est.

Andover-
pi.

Antverpiæ nomen postea transve-
rit, ubi utique non Regionis, sed
urbis instar Advaticum habetur.
Nam si Goropius fortè diceret
Andoverpos (ut eos S. Eligius voc-
cat) populum fuisse, qui sub se-
ditionem aliquam habuisset, in-
dicio suo ipse quasi forex periisset,
cùm allegare debuisset, quorum
comparatione mox deprehendere-
tur: ubi enim oppida castellaque-
sunt, quæ Andoverpos sub se ha-
buisset tempore Julii Cæsaris Go-
ropius probare posset? Loquitur
igitur de Antverpiâ Goropius,
non ut de Regione; sed ut de ci-
vitare, ut antea diximus: nam
alioqui quo modo eam posset col-
locare in Tungrorum finibus. Ideo-
que lectorem toto naturæ ordine
fallit, cùm Cæsar loquatur de Ad-
vatico ut de integrâ Regione: &
sic quidem cæteri scriptores hunc
locum Cæsaris intelligunt, sic
etiam Pëtrus Divæus, qui & patriâ
Lovaniensis & in Belgicis antiqui-
tatis diligenter & profundè ver-
satus est, ex descriptione Cæsaris
Advaticorum habitacula fuisse col-
legit inter Nervios, Menapios,
Ebu-

Advati-
cum Re-
gionem,
non civi-
tatem
Authores
apud Cæ-
sarem in-
telligunt.

Eburones ac Treviros, in contratu, ubi nunc Gallica Brabantia est, sylva Sonia, pars item Han-
 noniæ, Hasbanique, Comitatus Namurcensis. Quod si autem Go-
 ropius Antverpiam contendit esse Advaticorum illud oppidum mu-
 nitum, quod describit Cæsar ut sub eodem genere & eâdem classe duas civitates inter se compareret, necesse est dicat campestram Bra-
 bantiam, in quâ utique Antverpia est, esse Regionem illam Advaticorum, in quâ fuerunt oppida illa castellaque, quæ metu Cæsaris Advatici deseruerunt, cum suâ in unum illud naturâ munitum comportarent. Atqui Advaticum Cimbrorum regio erat montosa & præcellis rupibus aspera, sicut eam describit Cæsar. At Campestris Brabantia tota plana est & æqualis, unde & nomen obtinet, quod constet campis apertis ac patentibus, utpote, quæ maris alluvione tota adjecta est. Advaticum Cimbrorum erat regio Mediterranea, ut ex præsentî Cæsaris descriptione patet. Campestris autem Brabantia, si nunc non est,

ccc.

certè Cæsaris ætate fuit maritima, utpote quam à Septentrione mare alluebat, ut ex Chronicis constar, & ipse Gorepius agnoscit. Cum igitur Campestris Brabantia non sit illa regio, quam Cæsar Advatici nomine complectitur, ut ex his liquidò apparet, consequitur nec Antverpiam quidem esse nuntiam illam civitatem Advaticorum, quam describit Cæsar, cum in Campestri Brabantiâ sitam esse Antverpiam certum sit. Itaque etiam nemo omnium eorum, quos ego quidem hunc Cæsaris locum interpretatos videre potui, Advaticos in Campestri Brabantiâ quaerit, sed utcunque alii aliter conjectent, omnes tamen Austrum versus longè altius ascendunt, ut ex Divæo, Meyero & aliis apparet. Restat structura moeniorum Advaticorum, illud oppidum in omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusque habebat, una ex parte leniter acclivis aditus non amplius ducentorum pedum relinquebatur. Quem locum duplici altissimo muro munierant, tum magni ponderis saxa & præ-

& præcutas trabes in muro collocarunt, ut Cæsar antea dixit, à quibus Antverpiæ munitionem plus quàm *dis 2/3 præcû* discrepare nemo negare potest, qui illam viderit: ubi enim sunt magni ponderis illa saxa? ubi præcutæ illæ trabes in muro collocatæ, aut si nunc non sunt, ubi fuerunt, aut esse unquam per naturam potuerunt? Tantum igitur abest, ut munitionem suam Antverpia ex montium altitudine collegerit, ut ipse etiam Goropius munitionem ejus ex aquis ac paludibus extitisse doceat. Cum igitur & in situ, & in structura Advaticorum urbs tantopere discrepet ab Antverpia, non ratio, sed & oculus etiam convincit, Antverpiam non esse munitionem illud Advaticorum oppidum, de quo scribit Cæsar.

Sed ne quis Goropium hic caput putet, ecce alio effugio elabitur: Apud Gowieam in Gaesbecanorum vicinia montem reperit nomine *Lomberg*. Hunc vulgus ibi addito articulo vocat *Lomberg*. *Lomberg* / quod nomen est contractum usitatâ crasi ex *Hoënb-berg*: *berg*:

berg: itaque die Loënberg nihil aliud hic est quam con- similis mons prope Lohanum, qui dicitur die Loberg / nec aliud quicquam vulgo significat die Loberg / quam montem altitudinis, interpretet etiam ipso Goropio, qui Lo in huiusmodi compositionibus altum, berg montem sonare paulo ante docuit. Hic igitur Goropius articulum, die / suppressit, & montem ipsum olim Alomberg dictum fuisse fingit: nam quod hodie non dicatur Alomberg, id factum esse ex imperitia Gallorum: qui putantes, a, esse hic prepositionem ad, quæ motum ad locum significat, de hac præpositione nudum nomen protulerint Lomberg, quod deinceps ita usurpatum sit: Alomberg autem revera dictum fuisse monstrum illud Advaticorum oppidum ex ipso Cesare arguit qui nomen huius oppidi suâ descriptione ipse interpretatus sit: cum dicit oppidum omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusque habuisse, hoc enim nomen Alomberg Belgica lingua significat, ad pleniorẽ huius rei fidem.

fidem in propinquo nominat *Kestler*, ubi *Cæsar*is castra fuerint, & *Kestergat* ubi ostium castrorum ejus fuerit in obsidione hujus *Alomberg*. Quid igitur clarius dicere potuit ad tollendam ambiguitatem omnem, quam quod hic docet *Alomberg* esse munitum illud oppidum *Advaticorum*, quod expugnavit *Cæsar*? Itaque lector facile jam intelligit se à *Goropio* dudum fuisse delusum, cum ille magno conatu doceret *Advaticorum* illud munitum oppidum in *Mediterianea* regione non fuisse, si hic jam constituit *Alomberg*, sed tum jocabatur, hic serio loquitur. Ideoque gratias debemus *Goropio*, cujus indicio non modo locum, sed etiam nomen anonymi hujus oppidi cognoverimus. Regio enim *Advaticorum* est tractus ille *Gaesbecanus*: oppidum ipsum est *Alomberg*, hoc si quis non credit, conferat præsens *Alomberg* cum *Cæsar*is descriptione suprâ positâ, qua ille *Advaticorum* oppidum depinxit: & si quid minus utrimque congruit, id lector sub terram abscon-

absconsum esse credat. *Kester* quoque & *Kestergat* vera ac solida nomina esse persuasum sibi habeat, quæ latina à Cæsare indita hætenus utcumque perdurant. Ubi his fretus crediderit Advaticorum Regionem & oppidum hic esse, facile intelliget, & concedet Antverpiam Advatici nomine dici non posse. Nam quo modo Antverpia erit Advaticum, cum Alomberg sit Advaticum? Hoc si ita est, sequitur Antverpiam neque regionem, neque civitatem Advaticorum, nec Præsidium Cimbrorum esse. Regio Advaticorum Antverpia esse non potest, quia ipsa est civitas; civitas Advaticorum esse non potest, quia hæc est Alomberg. Præsidium Cimbrorum Antverpia esse non potest, propter causas illas quas suprà diximus. Itaque hinc apparet Goropium non voluisse censeri inter historicos, quia veritatem ludibrio habet; neque scripta sua haberi voluisse seria, sed jocularia, quia lectorem non docere, sed decipere nititur: nam qui docere alterum conatur, obscura illustrat,

Goropium non inter historicos sed inter jocularios scripto esse haberi voluisse.

lustrat, ambigua distinguit, confusa explicat: Goropius autem contrarium facit, & explicita confundit, distincta in ambiguum trahit, illustria obscurat. Quorsum enim illi finem amphibologia, nisi ut sub ejus velamine transiliat ex Gallia in ultimam oram Belgiae? Quorsum illa confusio nominum Advatici & Atvacui, nisi ut sub ejus fuce Antverpiam videri faciat Advaticum Cimbrorum? Quorsum allegatur auctoritas Caesaris ac Ptolemæi in confusione Advatici & Atvacui, nisi ut fraudem faciat his auctoribus, qua perstringat animum lectoris occupati? Quorsum illa implicatio Advatici & Præsidiî Cimbrorum, nisi ut modo hujus, modo illius proprietatibus Antverpiam colore? Quorsum illa confusio Advatici & Alomberg, nisi ut videatur nihil omisisse eorum, quæ ad scenam pertinent? Quorsum omnia hæc figmenta, omnes hæc imposturæ tendunt, nisi ad decipiendum lectorem incautum? Nec verò quisquam arbitretur me hæc eo fine dicere, quod

Propo-
situm Go-
ropii.

quod aut Goropium infectari, aut
Antverpiam suâ laude spoliare cu-
piam. Nam Antverpiam equidem
cûm figmentis Goropianis libero,
non dedecore, sed honore afficio;
nisi quis putet Antverpiam figmen-
tis Goropianis ornata esse: Go-
ropio autem dum tribuo quod de-
betur, ingenii laudem, quam affe-
ctat, propriam ac ratam facio.
Nemo enim Goropium arbitretur
adeo fuisse Suffenum, ut omnes
omnino homines putaret esse pe-
cudes, ut nemo ejus artificium
intellecturus esset: Nam qui nihil
intelligunt, his quidvis facile per-
suaseris, neque ingenti laudem
consequaris ullam, si hisce impo-
sueris. Itaque nec his quidem Go-
ropius sua scripsit, sed illis, qui-
bus iudicium esset, & rerum sub-
jectarum peritia, quibus si impo-
nere dicendo posset, tum demum
sibi aliquis videretur. Planè enim
Goropius Diagoræ Melii mentem
obtinet: Qui cûm Deos & homi-
nes ridere solitus, ab Atheniensibus
apud Bœotos in Thesaliâ exu-
lare iustus esset, & à quibusdam
istuc adventantibus interrogaretur,
quid

quid fac-
res (inc-
falli qu-
à Diag-
cipiebat
riebant
animad-
erat Dia-
interpre-
intelligi-
sed At-
stupidis
tis, &
tis Go-
quibus
pectaba-
est scit-
veris n-
terodan-
Henric-
Scientia
edwate
runt. C-
hæc op-
ne rel-
digna
id alic-
sub h-
obrep-

quid facerent Bœoti? Stupidiores (inquit) sunt, quam ut à me falli queant. Bœoti enim omnia à Diagora veluti propriè dicta accipiebant, nec se falli ab eo sentiebant, cum nullum acumen animadverterent: id molestum erat Diagoræ, qui perire sibi dicta interpretabatur, quæ Bœoti non intelligerent. Nec igitur Bœotis, sed Atheniensibus, hoc est, non stupidis aut imperitis, sed cordatis, & in re præsentì bene versatis Goropius sua composuit, à quibus attis oratorix laudem expectabat, cujus præcipua functio est scire mentiri. Sic Lucianus in veris narrationibus, Erasmus Roterodamus in Morix Encomio, Henricus Agrippa in vanitate Scientiarum, veluti in argumento *adversus* laudem ingenii captaverunt. Qui omnes ac singuli, tametsi hæc opera sua omnigena eruditione refarserunt, multaque scitum digna obiter tradunt, non tamen id aliò consilio faciunt, quam ut sub horum dulcoramento lectori obrepant: sic enim

Fislu

*Fistula dulce canit, volucrem dum
decipit auceps;*

Nisi enim diversis leporibus & ornamentis orationem suam condirent, quomodo lectorem movere ac delectare possent, cum docere nolint? Nolunt enim, quia non possunt; non possunt autem, quia impossibilia tradunt, & quæ contra communem naturæ & rerum humanarum usum sunt: Quorum proinde absurditas ne conspicua sit, fucis opus est, quibus obumbretur. Quare ab hujusmodi authoribus, non rei veritas, sed aurium delectatio expectanda est. Et proinde qui tam credulus est, ut his temerè fidem adhibeat, is se deceptum sciat. Si quis igitur aliâ mente Goropium fuisse, & seriò scripsisse putat ea quæ reliquit, huic in fine Syntagmatis sui, sectatoribus suis irridens, Beckeselana panis coelestis instar fore dicit: Quo proinde qui contenti erunt, ad ambas usque aures expleantur; qui minus, age nobis demonstrent Goropium & seriò, & rectè docuisse de Cimbris ea, quæ nos hic supra confutavimus.

Nos

Becke-
selana Go-
ropio-
manna.

Nos interim tenemus Cimbroſ
in Brabantiam nunquam deſcen-
diſſe, & idcirco Antverpiam ni-
hil minus eſſe, quàm Advaticum
Cimbrorum. Tenemus ex conſe-
quenti quoque Antverpienſem
linguam nihil minus eſſe quàm
Cimbricam: cùm Cimbrī iſti,
de quibus hic controvertitur, Ad-
vaticum ſuum in Gallia condide-
rint ſupra Belgas, & eorum co-
loni Advatici hodie loquantur
Gallicè, ſcimusque etiam Cim-
brorum linguam tum temporis,
cùm Cherſoneſum relinquerent,
uiſſe Germanicam, nec ullo alio,
quam Dialecti diſcrimine diver-
ſam uiſſe à communi linguâ Ger-
manorum; eamque ipſam Diale-
ctum linguæ Cimbricæ, maximè
cognatam uiſſe iſtarum gentium
Dialectis, quæ fuerunt Cimbris
in patriâ ſuâ verſantibus maximè
vicinæ. Illi autem fuerunt primis
temporibus Gothi, Svevi & Chau-
ci; recentioribus verò Dani, Fri-
ſii, & Saxones, quorum omnium
linguæ ſucceſſu temporis in dete-
rius degenerarunt, maximè autem
Saxonum, qui pluribus gentibus

Lingua
Antver-
pienſem
nihil mi-
nus eſſe,
quàm
Cimbric-
cam.

H

côm-

commixti sunt. Dani autem Cimbris ut maximè vicini semper extiterunt; ita etiam in patriam successerunt: Frisii autem Cimbris finitimi semper fuerunt, ipso etiam Goropio teste, qui illos Cimbrorum colonos facit, ut suprà apparuit; & cum his, ut & cum Danis, commercia frequentissima celebrarunt; & linguâ Svevicâ, Gothicâ ac Danicâ cognatâ locuti sunt. Ex quo colligitur linguam Cimbricam, quâ Cimbri in Chersoneso locuti sunt, maximè vicinam fuisse linguæ Danicæ ac Frisicæ, uti nunc sunt; quarum neutram intelligere Goropius potuit. Unde facilè perspicit, qui non omninò cœcus est, Goropium Cimbricæ linguæ fumo lectorem fascinare, dum etymologias suas, quas proprio motu, ac velut ex scrinio pectoris sui comminiscitur, Cimbricas vocat. Germanicas si diceret, minus ostentationis quidem, sed plus veritatis haberet: Antverpiensium enim lingua Belgarum lingua est, & Belgæ plerique ex Germanis sunt, uti Cæsar tradit; post cujus
ata-

zatem Cæsar Augustus multa Sincambrorum; Carolus Magnus multa Saxonum millia adhuc ex Germaniâ in Belgium traduxit: ut Antverpiensium lingua non alia sit, quàm communis & recentior illa Belgarum lingua ex Germanicâ ortum ducens, quæ admixtione Gallicæ magis etiam nunc postea corrupta est.

CAP. XIV.

Neque Cimbricam, neque Saxonicam linguam in tractu Boreali inter Chersonesum & Armoricum litus unquam fuisse usurpatum.

Cum igitur ex supra dictis appareat, Cimbroſ neque in mediterraneis, ubi Thuringi, aut Geldri degunt; neque in maritimis, ubi Cauchi, Frisii, Hollandi, campeſtres Brabanti ac Flandri habitant, unquam habuiſſe vel ſedes, vel colonias, conſequitur nec Cimbricam quidem linguam toto iſto tractu unquam fuiſſe uſurpatam. Quod tamen quò evid-

dentius appareat esse verum, paulò altius declarandum est.

Utrum
Germani-
ca lingua
olim ea-
dem fue-
rit cum
Gallica.

Disputatur inter Authores, utrum Germanica lingua olim una eademque fuerit cum Gallica; an verò ab hac diversa? Quæ controversia non aliunde certius finiri posse videtur, quàm ex quæstione conjunctâ, quâ quæri possit, sintne iidem populi Germani & Galli, an diversi?

Utrum
iidem sint
Galli &
Germani,

Eosdem enim fuisse, veteres tum Græci tum Romani Scriptores arbitrati sunt. Nam Græci quidem Celtas; Romani vero Gallos uno eodemque nomine promiscuè appellarunt populos omnes, quotquòt intra Galliarum Germaniarumque complexum habitarent: unde non minus Cimbros ac Teuthones appellarunt Gallos, quàm Tigurinos & Ambrones, ut supra demonstravimus.

Germani
quando
& quo
modo à
Gallis se-
parati,

Recentiores enim ex eo demum quo bellum geri cum Romanis coëptum est, intermedio Rheno fluvio Romanos à Gallis separari didicerunt, & de origine Germanici nominis disputare inceperunt.

Ita-

FRISIORUM LIB. I. 173

Itaque primus horum Strabo Romanos hoc nomen Germanis indidisse scribit, quod eos ob animorum & corporum similitudinem Gallorum fratres esse iudicarent; utpote quos hactenus planè eisdem cum Gallis esse putarant.

Cornelius Tacitus à Strabone dissentit, & Germanici nominis Authores non Romanos, sed Tungros fuisse asserit, qui postquam relictis patriis sedibus in Galliam immigrassent, hoc nomen hactenus inauditum virtute suâ non modò genti suâ Tungricæ pepererint, sed etiam universæ nationi Germanicæ communicarint.

Cùm igitur id, quod antea obscurum fuit, jam clarum sit, alios esse Germanos, alios Gallos; queri consequenter poterat, quinam inter Gallos, quinam inter Germanos antiquissimi sint, ut eâ ratione ad antiquissimæ linguæ notitiam perveniamus.

Gallorum quidem tria genera Caesar constituit, Belgas, Aquitanos, ac Gallos; qui & Celtas ipsi se vocant: Celtas autem à Celta, Gallos à Galatha gentis

Germanici nominis origo & con-
troversia

Gallorum & Germanorum qui antiquissimi

Gallorum tria genera.

Aegypti deduci ac dici nonnulli putant. Utcumque hoc sit, certe Gallicæ linguæ præ cæteris antiquitatis prærogativa deberi videtur, cum sub ejus complexu reliquæ omnes comprehendantur, Galli enim sive Celtae velut Aborigines quidam sunt in Gallia, qui primævum nationis nomen, quo antiquitus noti sunt, soli conservarunt, quod Aquitani & Belgæ non fecerunt; maximè cum ex Tacito costet Belgas plerosque omnes origine Germanos esse.

Gallica
lingua ge-
neralis.

Deinde Gallica sive Celtica lingua, sicut olim, ita etiam hæcenus, veluti genus reliquas omnes quorquor sunt veluti species suas sub se complectitur.

Linguae
speciales
in Ger-
mania
multipli-
ces.

In Germanis consimilis aut certe non admodum dissimilis ratio querenda est: cum enim diversæ gentes in Germaniâ multæ sint, veluti Gothi, Svevi, Cimbri, Teuthones, Saxones, Frisii, Franci, Bruæri, Sicambri, Batavi, & complures aliæ; quarum aliæ aliis latius imperarunt, singulæ tamen suis quibusdam finibus limitatæ fuerunt: Idedque nulla in-

inter eas est, cujus lingua toti Germaniæ ita communis fuerit, ut sub eâ reliquæ veluti species continerentur; Teuthonicam linguam solam excipio, de quâ mox dicturus sum.

Itaque altius ascendendum est, ut linguarum Germanicarum genus aliquod summum investigemus. Plinius quidem Germanorum quinque genera constituit, Vandalos, Ingenevones, Istevones, Herminones & Peucinos: Sed Tacitus ea in tria contraxit, in Ingevenes, Istevones & Herminones. Sed an hi gentium Germanicarum Axijsi fuerint, hodie controversatur: illud satis certum est, ex horum nullo Germanicæ gentis linguam ullam denominari. Quod igitur genus his altius reperire possis norum & confestum, quàm Teuthones sive Tuyscones? cùm nulla gens in Germaniâ sit aut fuerit, quæ horum complexu non comprehendatur, & quævis Germanorum lingua rectè Teuthonica dicatur. Tuyscones autem ac Teuthones plerique deducunt ex Echnarcha

Linguarum Germanicarum summum genus. Germanorum genera quinque.

Germani omnes Teutho-

Linguarum omnes Germanorum Teuthonica.

Tuyscone: cum ipsi lingua populari suffragante *Tuutsch / & die Teutschen / & eorum patria Teutschlandt / & lingua die Teutsche sprach* appelleretur. Quae quidem tamen non refello; tamen apud veteres Romanos, neque

Teutho-
nes &
Teutho-
nica lin-
gua Ger-
manis hoc
nomine
ignota.

Germano-
rum
nomen
antiquius
esse, quam
Teutho-
num.

Taciti
opinio ex-
pensa de
origine
nominis
Germani-
ci.

neque Teuthones pro Germanis generaliter usurpati; neque Teuthoniam pro Germaniâ sumi; neque linguam Teuthonicam omnino usquam reperiri puto. Teuthones enim illi istos specialiter vocant, qui Cimbrorum vicini in patriâ, & in itinere socii fuerunt; Teuthonicae linguae nusquam meminerunt. Constanter enim & ubique Germanos nominant, & eorum linguam Germanicam appellant. Ex quo colligi posse videtur, Germanorum nomen antiquius esse in Germaniâ, quam Tuysconum, & hoc novo paulatim inolescens, exolevisse illud vetus.

Ad Tacitum igitur hinc redeundum est, & paulò diligentius discutiendum id quod ille de Germanici nominis origine tradidit, si fortè discusso errore ejus aliqua veritatis vestigia deprehendamus.

Ille

Ille e
& Ger
ac nov
Germa
nes, M
minon
Gamb
comm
Germa
mos T
tur: c
spici
Germ
in Oe
apud
no i
judice
dicib
hende
flagit
gam
adno

„
„ VO
„ di
„ gr
„ G
„ n
„ la
„ d

Ille enim nobis planè repugnat,
 & Germaniæ vocabulum recens
 ac novum facit. Nam cum vetera
 Germanorum nomina, Tuysco-
 nes, Mannos, Ingevones, Her-
 minones, Istevones, Marfos,
 Gambriños, Svevos, Vandalos
 commemorasset, in explicando
 Germaniæ vocabulo ad recentissi-
 mos Tungrorum populos delabi-
 tur: cujus verba promde, ut con-
 spici possint, hic proponam ex
 Germaniâ ejus, sicuti sunt excusa
 in Octavo Augustæ Vindelicorum
 apud Michaellem Mangerum an-
 no 1580. quod hæc genuina esse
 judicem, etiam si in M. S. Codicibus
 aliam lectionem depre-
 henderim; nisi quod interim illic
 flagitante sensu pro *evaluisse*, le-
 gam *eviluisse*: quod à nemine hic
 adnotatum esse miror.

„Ceterum, inquit, Germaniæ
 „vocabulum recens & nuper ad-
 „ditum, quoniam quæ primi trans-
 „gressi Gallos expulerint, nunc
 „Germani vocati sint, ita natio-
 „nis nomen gentis evaluisse pau-
 „latim, ut omnes primum à vr-
 „lore ob meritum, mox à se ipsis

Cornelii Taciti
 lib. I. c. 1.
 illeus
 emendatus
 & illu-
 stratus.

invento nomine Germani vocarentur.

Hæc Tacitus. Ubi recens Germaniæ vocabulum esse docet eâ ratione, quod nuper additum sit: additum autem nuper esse eo declarat, quod ii, qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani vocati sint: Cum enim iidem, qui dudum uno nomine Tungri appellabantur, binomines esse cœperint, & idcirco sine discrimine nunc Tungri, nunc Germani nominentur, arguit, his Germaniæ vocabulum nuper additum, & proinde recens esse.

Cum igitur omnes, qui ab utraque Rheni parte agebant, hætenus communi nomine Galli vocarentur, invento hoc nomine, nationis nomen in Tungris paulatim evuluisse dicit; salvo interim nomine gentis, sicut omnes tandem Germani vocarentur. Gentis enim nomen in Tungris ob novum nomen additum non evuluit; cum indifferenter nunc Tungri, nunc Germani appellentur: nationis autem nomen paulatim evuluit; cum

cum qui dudum ad Orientem
 Rheni dicebantur Galli, unde
 Tungri prodierant, invento splen-
 didiore hoc nomine Germani dicti
 sunt. Invenisse porro dicit omnes
 hoc nomen primum à victore,
 mox à seipsis. A victore nomen
 invenerunt, quod ab eo mutuati
 sunt: Victorem enim hic intelli-
 git populum Tungrensem, qui
 cum primus Rhenum transgressus
 Gallos expulset, ob metum à de-
 victis gentibus hoc nomen invene-
 runt, cum & ipsi in Gallis ultra-
 Rhenanis meta sui concutiendis
 paria deinceps cum Tungris fece-
 rint; quod in Menapiis, Usipeti-
 bus, Tenchteris, & multis aliis
 apparuit, qui & ipsi postea (ut
 Tacitus quidem putat) Rhenum
 transgressi Gallos expulerunt. Sic
 igitur Tacitus recens vocat Ger-
 manorum nomen, quod primum
 Tungricæ genti supra primitivum
 nomen additum est ob metum de-
 victarum gentium, & hac occa-
 sione Galli cis-Rhenani, qui Tun-
 gorum parentes erant, id pri-
 mum ab illis mutuati sunt, &
 deinde etiam actis propriis suum

fecerint, & proinde omnes qui eis Rhenum habitant, unà cùm Tungris ipsis tandem appellatos esse Germanos. Nec enim mirum erat evulsiſſe apud hos vetus illud & haſtenus commune Gallorum nomen; cùm recens illud Germanorum nomen ut hoſtibus formidabile, ita ſibi glorioſum eſſe ducerent: Huc enim facit quod Caſar teſtatur, Belgas quosdam circa Germanici nominis gloriam ambitioſos eſſe.

Hunc equidem puto genuinum eſſe ſenſum obſcuriſſimi huius loci, qui multos eruditos viros mirum in modum reſiſit. Quod ſi eſt, conſequitur à Tungrorum migratione nomen hoc, quod recens Tacitus hic vocat, in Germaniâ fuiſſe frequens, populare ac vulgo uſitatum; utpote quod Germani ſibi honorificum eſſe ducerent, & quo à Gallis diſtingui gauderent. Quocirca cùm ex vicinitate vocum quæ ex voce *Germania*, quæ apud Tacitum in hac controverſa reperitur, conjectura faciendâ ſit de forma vocabuli, quo populus hic non in Latinis Authorum ſcribitur.

scriptis, sed in usu vulgi & linguâ patriâ vocatus fuerit, tanta hic opinionum diversitas ac multitudo est, ut meritò dubites magisne mirandum sit tam multos laborasse, an verò tam paucos hætenus mentem Taciti assecutos esse.

Cùm autem Tacitus hic manifestè dicat ab ipsis Germanis inventum & excogitatum esse hoc nomen, sanè qui Taciti interpretes se profitentur, non aliunde, quàm ex solâ linguâ Germanicâ, vocabulum populo adaptare debent; & quidem non aliunde, quàm quod significatione sua Germanis honorificum, hostibus eorum formidabile sit.

Huc autem meo quidem iudicio nulli propius accedunt, quàm illi, qui *Germanen* dictos fuisse conjiciunt, à dictione composita *Ger*, & *man*. *Man* enim populari lingua Germanicè idem significat quod Latine vir. *Ger* autem, quod alia Dialecto *Gar* tractim effertur, significat totum, prorsus, ac planè; unde *German* sive *Garman* totus vir dicitur, quasi qui planè, & ex omni parte viri virtutem

expleat. Hoc autem ut genti Germanicæ meritò honorificum, ita & eorum hostibus formidabile est.

Cùm igitur hac ratione gens ipsa, quam Tacitus latinè Germanos vocat, *Germanen* vulgari & populari lingua dicti sint, analogia vocis convincit patriam eorum Germaniam, & linguam diè *Germanische sprach* / vulgò dictam fuisse, non minus usitatè, quam hodiè diè *Teutsche* / diè *Teutsche sprach* / & *Deutschlandt* dicitur. Nam quod hæc hodie in usu non sint, inde fieri credendum est, quod novis vocabulis inventis vetera paulatim evulserint; ut & Tacitus hic docet, & Poëta testatur inquit:

*Multa renascentur quæ nunc cecidè-
re, cadentque*

*Quæ nunc sunt in honore voca-
bula si volet usus,*

*Quem penes arbitrium est & vis
& norma loquendi.*

Sed Tacitus interim Germanici nominis Etymologiam deducit ex gentis adis; rectius eam deducit.

FRISIORUM LIB. I. 183

ducturus ex gentis conditore, cui nomen *Germa* fuit, ut infra declarabitur. Sed Tacitus, qui Moysen, ut apparet, non viderat, & in Berosi Catalogo, ubi Tuyscones, Mannos, Ingevones, & ceteros Ethnarchos legerat, Germanam non repperit, hanc iustâ ratione ignoravit.

Interim tamen argumenta, quibus recens esse Germaniæ vocabulum docere satagit, cum perquam futilia sint, fidem non merentur. Non referam autem hic jam id, quod Livius commemorat, Germanos Duce Elytovio in Italiam migrasse, regnante apud Romanos Tarquinio Prisco, quod mihi Tacitus respondere posset, Germanos à Livio illic per anticipationem dici; cum Cimbri ac Teuthones istis multo posteriores adhuc veteri nomine Galli vocari sint. Illud quæram, quanto temporis spacio Tacitus *nuper* illud suum circumscribat? nuperne C. Julius Cæsar fuit, qui Tacitum non minus quam centum & quingenta annis antecessit? Atqui hujus ætate Germaniæ vocabulum

Vera origo nominis Germanici.

in usu populari fuisse Tacitus ignorare non potuit, vel authore ipso Casare, qui & Germaniam à Galliâ distinguit, & Germanos non minus quàm Gallos disertè nominat. Quin immò Germanorum nomen eâ ætate etiam antiquum fuisse non obscurè apud Casarem Remi docent, cùm eos, quos antiquitus Rhenum traductos asserunt, à Germanis ortos dicunt; ubi utique Germanos veluti patrio ac gentili eodemque usitato nomine appellant.

Tungri
in
ætate C.
Iul. cæf.
in Belgio
fuerint?

Tungros igitur ætate Caesaris in Belgio non fuisse, facile demonstrari potest. Primum enim, si Caesar Tungros in Belgio cognovisset, nullo modo eos tacuisset, cùm id ad splendorem victoriæ illi cum primis faceret. Etsi autem non ignorem, quibus conjecturis hoc diluere quidam conati sint, tamen hætenus vidi neminem, qui veris rationibus confutaret. Et sanè cùm Remi de numero Belgarum omnia habere se explorata Casari dicunt, & ibidem eos ex catalogo recensent, prodicionis non immeritò argui potuissent, si
sup.

suppressa aliqua gente hostium vi-
 res extenuassent, atque ita Cæsa-
 rem in præsens periculum compe-
 cissent, quem imparatum hostis
 incognitus ex improvise obrueret:
 quare cum Tungri in eo catalogo
 locum non habeant, quis eos in
 Belgio tunc habuisse credat? Con-
 firmat hanc sententiam meam
 etiam aliâ ratione ipse Cæsar: qui
 cum non uno loco imperiorum
 vicissitudines inter Belgas com-
 memoret, ac diligenter explicet,
 qui quorum imperio aliquando ad
 suam usque memoriam subfuerint,
 nusquam tamen Tungros nominat:
 cum inter Eburones non uno
 loco appellet, non omissurus, si
 (quod isti suspicantur) Tungri sub
 Eburonum imperio comprehensi
 tunc fuissent, cum id ad gloriam
 ipsius non parum conferret, si &
 Tungros in Eburonibus unâ dele-
 visset. Confirmat etiam hanc sen-
 tentiam meam Strabo, qui tamen
 post Cæsarem ferè sexaginta annis
 fuit, nullam tamen & ipse in suâ
 Geographiâ Tungrorum mentio-
 nem facit; neque dici verè potest,
 quod non & Cæsarem ipsum, &
 ad

ad suam usque memoriam pertinentes Romanorum de Gallia tabulas viderit, aut Decretum Augusti in Gallia itidem, ut in Germania metuerit, quo minus etiam suam industriam posteritati probaret in cognoscendis gentibus hactenus incognitis. Confirmat adhuc sententiam meam rerum generalium series. Est in Francis Orientalibus oppidum circa Herbipolim nomine *Tongernse*, quod cum lacum Tungrorum significet, Tungrorum veterum sedem illic fuisse arguit. Inde autem eos tum movisse, & Rhenum trajecisse consentaneum est, cum desolatos Eburonum agros, quos ad internecionem Caesar deleverat, occupassent: quod vicus arguit paululum infra Ubios situs, nomine *Tungernheim*, quod Tungrorum patriam significat. Inde enim porro occidentem versus latius promotis finibus processerunt in eas partes, quæ similibus vestigiis eorum memoriam testantur. In qua proinde sententia mea, quod magis etiam confirmet, Tacitus ipse facit; cum nec Caesarem, nec Strabonem,

nem, nec rem vel ætate, vel post
 ætatem eorum gestam ignorave-
 rit, ipse satis dilucidè indicat,
 Tungros post illorum memoriam
 demum in Belgium venisse. Hoc
 enim ut liquidò declararet, in
 Tungrorum migratione, quam
 nequaquam veterem utique vide-
 ri vult, ad considerationem ævi
 retrò elapsi, voci *recens*, quasi pec-
 exegetin, vocem *nuper* addidit,
 quæ spatium contineret annorum
 centum, qui à Stabone scilicet ad
 ipsum usque elapsi erant; intra
 quos Tungrorum res in Belgio &
 principium & incrementum ha-
 buerint, quod ipse vidit. Atqui
 si hoc & verum est, & ab ipso
 Tacito hic adstruitur, quo modo
 Tacitus dicet Tungros primos esse
 Rhenum traductos, & his pri-
 mis additum esse Germanorum
 nomen.

In assignando igitur tempore
 cum Tacitus non modò errare,
 sed etiam sibi ipsi repugnare de-
 prehendatur, nemo credat eum
 genuinam Germanici nominis Ety-
 mologiam tradidisse, cui non mo-
 dò fundamentum absurdum subje-

cc-

cērit, sed etiam rationem ineptam addiderit. Fundamentum enim Etymologiæ petiit ab actis gentis, cum petere deberet à gentis conditore, ut infra apparebit. Rationem petiit à gente Tungrorum, cum à natione petere debuisset: longè enim credibilius est, Belgas istos, qui Rhenum transducti sunt, cum natione Germani essent, hoc nomen quod patrium habebant in Galliam intulisse, quàm in Galliâ novum peperisse, & ad totam nationem suam paulatim transmisisse. Quorsum enim huiusmodi ambages, quæ sui absurditate se ipsas confutant? Formidabile fuit Gal-
lis Germanorum nomen, fuit ergo & odiosum. Quid causæ est? quia qui Rhenum transducebantur expellebant Gallos. Quæro igitur primine soli hoc fecerint, an & alii omnes, qui hosce postea secuti sunt? Si non omnes hoc fecerunt, cur omnes uno nomine Germani appellantur, ut ex Cæsare discimus? si omnes idem fecerunt, cur ad primos potius, quàm ad ultimos Germanici nominis originem referimus? Quemadmodum igitur

una

una hirundo, quod dici solet, *ver non facit*; ita nec Tungrorum, nec quorumcunque aliorum, qui primi; vel etiam postremi Rhenum transducti sunt, unicus accessus Germanorum nomen vel peperit, vel invisum redoidit in Gallia. Iterata enim sæpius Germanorum irrupcio, quia metum expulsionis iniebat Gallis, odiosum reddidit nationis nomen, ita ut quæcunque gens Rhenum transgressura nunciata esset, totâ Gallia conclamaretur rursus ingruere Germanos. Eadem ratione Britanni postea cum ab Anglo-Saxonibus impugnarentur, odioso nationis nomine Germanos appellabant: nec dissimili ratione ipsi Germani olim *Walen en Polen* appellarunt omnes gentes, quæ ex Vandalia & Polonia in Germaniam diversis temporibus irruerunt, ut infra docebimus. Cum igitur Cæsar testetur Belgas in Gallia circa gloriam Germanici nominis fuisse ambitiosos, quomodo credemus nomen Germanorum vel recens esse, vel in Gallia partum? Hoc enim naturale est,

est, & cunctis mortalibus solenne, ut privati ex familia, familiarum ex gente, gentes ex natione sua nobilitatis documenta petant; quæ quò antiquiora & splendidiora sunt, eò etiam plus gloriæ conferunt. Itaque & Belgæ isti, qui uno nomine Germani dicti sunt, non idè gloriati sunt hoc nomine quod nuper inventum esset, ut Tacitus nugatur, sed quod esset vetus: non quod esset in Gallia partum, sed quod esset in Galliam per ipsos invectum. Gloriantur enim se gente Tungros, natione autem Germanos esse; ut si & aliæ gentes fortè Rhenum traductæ essent, quæ Germanæ non erant, hunc titulum nationis suæ ipsi tuerentur, quo posteris suis testatum facerent, se originem non aliunde, quàm ex Germaniâ ducere: nam cum posteris omnes majorum splendore exultare soleant, illi Germanicæ nationis gloriam suæ gentis gloriam esse ducebant.

Alioqui de nomine hoc, si nuper & in Gallia partum esset, quo modo gloriari possent, ex quo non decus ullum, sed præsens dedecus

FRISIORUM LIB. I. 191

cus ad ipsos redundaturum esset, utpote quo & se ipsos novitatis, & majores suos obscuritas argue-
rent. Recentes enim esse convin-
terentur, si ipsis Rhenam nuper
transgressis hoc nomen additum
profigerentur: obscuritatis argue-
rent majores suos, si nomen me-
morabile, quod hactenus nullum
habuissent, a se mutuatos esse asse-
rerent.

Planè igitur ex his apparet,
Germaniæ nomen esse vetustissi-
mum, utpote quod ante Belgarum
omnium transmigrationem in Ger-
maniâ usitatum fuerit. Non igitur
auctoritas Taciti tantum apud nos
valere debet, ut cognitâ rei veri-
tate, manifestum ejus errorem
pertinaciter defendamus. Nam
Tacitus in hac controversiâ soli-
tam modestiam suam non serva-
vit: Nam cùm suprâ enumeratis
Germanorum conditoribus in me-
dio relinquit quod non intelligit,
ita ut neque confirmet, neque re-
fellat; in hac re idem faciendum
erat, cujus nunc litem suam fecit.
Sed Tacitus Germanis conditores
suos referentibus non credidit:

Ro-

Romanis suis credidit; qui cum olim per imperitiam tum Galliarum, tum Germaniarum incolas communi nomine Gallos vocaverint, idem Germaniarum vocabulum, quod apud Romanos insolitum erat, etiam apud Germanos inauditum esse putabat: ideoque vero nomine Romanos usos esse arbitratus est, & idcirco novi nominis originem tradere satagit, quo Germani nuper, ut putat, a Gallis distincti sunt. Ex eo igitur pender error Taciti, quod putarit ad Orientem Rheni non fuisse cognitum Germaniarum nomen, antequam id cognitum esset Romanis, & celebratum Romanorum scriptis: Atqui Germaniam ipsam & cunctas Germanorum gentes Romanis bellum aperuit.

Ideoque gentes omnes, quae ante Romanis obscurae erant, nomen tunc adeptae sunt, non in Germaniam quidem, sed in historiis Romanorum: singulae enim gentes in Germaniam suum nomen jam ante bella ista habebant, quo inter se distinguerentur; sic ut alii Svevi, alii Catti, alii Batavi, alii

alii aliter vocarentur : Romani autem tum demum hæc cognoverunt, ex quo bellum his gentibus intulerunt. Tum demum enim & quales essent, & quo nomine singulæ vocarentur, intellexerunt. Sic enim Tacitus, ubi cladem ex Olennii remeritate Romani à Frisiis acceperant, hinc clarum (inquit) inter Germanos Frisiorum nomen; ubi impendio ridiculus fit, si quis intelligat, tum demum clarum fuisse in patria sua Frisiorum nomen, hoc enim Tacitus dicit: hinc jam Romanis porro clarum fuisse Frisiorum nomen, cum hætenus ignorasset inter Germanos etiam gentem esse, quæ Frisiorum nomine vocaretur. Quanquam igitur Tacitus de Germanorum generali nomine aliter sentiat, eadem ramen illius quæ singularum gentium fuit ratio, quæ tametsi Romanis incognita, in Germania ramen usitata fuerunt, etiam ante cepia bella: Quod ex Julio Cæsare satis patet, qui ut Romanorum primus Germaniam impugnavit, ita etiam veteri nomine suo, quod usitatum

vulgo reperiēbat, eam ubique appellavit.

Teutho-
nici nomi-
nis origo.

Adeo autem verum non est, quod Tacitus contendit, Germaniæ vocabulum sua ætate fuisse recens & nuper additum, ut non multò post idem hoc Germaniæ vocabulum tanquam vetus exoleverit, inoleſcente paulatim novo nomine Teuthoniæ: iidem enim qui Taciti memoria Germaniæ vulgo dicti sunt, ætate ſequenti Teutſchen populariter appellati ſunt. Conſtat hoc inde adeo, quod neque in Latinorum monumentis, qui vel circa, vel ante ætatem Taciti ſcripſerunt, uſquam Teuthonum nomen reperiās; neque Germanorum nomen reperiās in eorū monumentis, qui populari lingua interea ſcripſerunt. Quemadmodum igitur nomen Germaniæ poſt ætatem Taciti vulgo in tantum eviſit, ut nunc niſquam locum habeat, niſi ubi Latina Lingua utimur; ita è contra nomen Teuthoniæ vulgo in tantum invaluſit, ut niſil aut in ſcriptis, aut in negociis popularibus agatur, niſi ſub nomine Teuthonico.

Huic

Hule autem nominum mutationi occasione præbuisse videtur dissidium, quod Germani cum colonis dudum in Belgium deductis successu temporis consecuti sunt. Narrat Cæsar Belgas solos obstitisse, quò minus Cimbri ac Teuthoni in fines suos intrarent, eoque nomine sibi etiam mirum in modum placuisse. Fuit ea res sine dubio molesta Germanis, quod à gentilibus suis non modò sedibus quas quærebant, sed etiam transitu prohiberentur: Fuit etiam molesta res colonis, quod accedentibus subinde novis è Germania hospitibus, ipsi non minus jam congentiles suos metuere cogerentur, quàm ipsos dudum metuebant Galli. Itaque cum in pari Germanorum metu ipsi cum Gallis essent, contra communes hostes operas mutuas tradiderunt; & proinde non amplius jam hostium nomine Germani, sed Belgæ dici voluerunt: Germani etiam pristinum illud nomen suum, ne qua ejus communio ad ingratos ac degenere Belgas amplius pertingeret; novo Teuthonum nomine ascito

rejecerunt. Sic igitur post ætatem Taciti populariter ad Orientem Rheni *Teutschen*; ad Occidentem *Welschen* dici coeperunt, qui antea communiter *Germanen* vocabantur. Et quoniam ex huiusmodi diffidio, cui originem causa ista dederat, perpetuum & irconciliabile odium inter eas gentes invaluit. Germani non modò Gallos omnes, sed & quosvis etiam extraneos, qui Germani non sunt, *Welschen* appellant, ut planè declarant se Belgas illos pro colonis suis non agnoscere. Exclusis igitur hac de causa à nominis communione Belgis, illi qui hactenus *Germanen* dicti fuerant, jam *Teutschen* vulgò appellantur: *Teutschen* autem à Teuthonibus, Teuthones à Tuyscone dicti sunt, gentis Teuthonicæ conditore. Et videntur sanè ad memoriam antiquissimæ gentis, quæ conditorem suo nomine referebat, Teuthones dici voluisse; non alio consilio, quam uti etiam nunc, sicut antea à conditore suam nobilitatem mererentur. Eodem enim modo quo Tacitus refert eos ætate suâ circa Ger-

Germanici nominis gloriam ambitiosos fuisse, ita nunc aetate nostra ambitiosi sunt circa Teuthonici nominis gloriam, quod nusquam non inculcare solent. Esse enim nomen Germa, unde olim Germani dicti sunt, ejus proprium, qui una cum Tuyscone conditor nationis Germanicæ fuit, ex Moyse discimus; qui Japhetho filio Noë primogenitum filium Gomerum, Gomeri tres filios assignat, quorum primus Ascanes, secundus Riphath, tertius Thogorma dictus fuit: ex quorum singulis & domos & colonias suas fuisse fundatas, mediocris Historiarum lectio deprehendit. Nos autem ex Thogormâ Germanos esse, & ex ejus nomine rejecto articulo Gorma, & o in e mutato Germa fieri dilucidè jam alibi docuimus; ideoque Lectorem ed remittimus, ut hic eo tanquam probato interim utamur, nixi suffragatoribus cum aliis Viris Doctissimis, tum etiam Hadriano Junio & Reinero Reineccio, quos & ipsos Lector videat.

Deprehenso igitur ad hunc modum

Germa
Germa-
norum;
conditor.

dum Germanicæ gentis conditor
 re, apparet non ab eventu alie
 quo, ut quidam opinari sunt,
 qui Strabonem ac Tacitum autho-
 res sequuntur, sed ab illo ipso con-
 ditore, cui Germa nomen fuit,
 etymologiam ejus esse repeten-
 dam: & proinde non aliter Ger-
 manos à Germa, quam Hebræos
 ab Hebræo, Græcos à Græco, &
 Latinos à Latino dictos esse. unde
 de consequitur ab eodem etiam
 Germa tum Germaniæ, tum etiam
 Germanicæ linguae nomenclatu-
 ram dependere; pari ratione quæ
 & à cæteris illis supradictis tum
 terræ, tum linguae sunt apud po-
 steros eorum appellatio reman-
 sit.

Hinc igitur apparet non re-
 cens aut nuper additum, ut Ta-
 citus putavit, esse Germaniæ no-
 men, neque à Tungris inventum,
 & ab ea gente ad totam ejus na-
 tionem esse tractatum; sed huc
 terræ mox à diluvio post gentium
 divisionem unâ cum primis cultu-
 ribus inductum esse: & inde por-
 rò in usu continuo permansisse,
 donec ob supradictas causas,
 ino-

inolescente nomine Teuthonico paulatim evilesceret, ac tandem prorsus exolesceret.

Itaque cum in Germania una eademque rotius nationis generalis lingua viguerit, quæ primùm Germanica, postea Teuthonica dicta fuit, reliquæ omnes speciales extiterunt, & suæ cuique genti peculiares, nec alio discrimine ullo quam Dialectis inter se discreparunt. Quod ad internum Germanorum consensum referendum est, quo ipsi communiter inter se generalem hanc linguam suam hactenus appellarunt. Nam extraneæ gentes eandem generalem linguam, ut & ipsam nationem Germanorum diversis nominibus appellarunt. Quæ ut diligenter collegit Reynerus Reynecius, ita ad præsens hoc institutum nostrum nihil pertinent.

Hoc cum ita sit, apparet Cimbricam & Saxoniam linguam illo Bo- reali tractu, quem Frisii obtinuerunt, planè non esse usurpam; quia nec ipsi quidem Cimbrici aut Saxones eo tractu unquam habitaverunt. Huius rei quodnam possit

Lingua
dux in
Germania
vicissim
generales,
sub qui-
bus reli-
quæ tan-
quam
speciales
continen-
tur.

Cimbrici &
Saxones &
Frisii ubi
sunt, &
qua lingua
locuti
sunt.

argumentum certius dari, quam
 quod linguam Friscam, neque Sa-
 xones, neque Cimbri, si qui su-
 persunt hodie, intelligant. De Sa-
 xonibus testetur Albertus Cran-
 tzius, cujus verba ad nostrum insti-
 tutum accommodata hic subjicie-
 mus: „Cernere est (inquit) „unam
 „gentem, unis moribus, longoli-
 „cet intervallo distantem, per lit-
 „tora Germaniæ, ab Hollandia
 „in occiduum sumpto principio
 „Orientem versus per Dioceces,
 „Trajectensem, Monasteriensem,
 „& Bremensem: Deinde ex la-
 „tere Holsatæ in Juthiam inter-
 „cisæ sunt, aliquando paludibus,
 „aliquando maris finibus, totæ
 „sunt aliquando littorales, undi-
 „que mari clausæ, quod pontus
 „continenti intervenit. Thiermar-
 „sos gentem accolam Albis & Ey-
 „doræ fluviorum, quibus claudi-
 „tur, ab hac communione, licet
 „palustris sit, excipio, quod sem-
 „per Germanicâ usa linguâ Sa-
 „xonix sit adnumerata. Ita Cran-
 tzius. Ubi cum Thiermarsos eo
 nomine à Frisus segregat, & Saxo-
 nibus adnumerat, quod Germa-
 nica

FRISIORUM LIB. I. TOT

nica lingua (ut ipse dicit) semper
 nisi sint, utique hoc dicit, Saxo-
 nes ufos esse linguâ Germanicâ,
 Frisios non item. Ex quo conse-
 quitur secundum Crantizium ui-
 que, toto hoc Germanici littoris
 tractu, de quo contendimus, ad
 illius utque memoriam linguæ
 Saxonice nullum fuisse usum, quod
 in eo Frisi degerent, quorum
 linguam ille ne Germanicam qui-
 dem, nedum Saxonice esse judi-
 cavit. Sed Crantizius historias
 hasce suas scripsit circa annum
 millesimum quingentesimum, &
 proinde potuit interea temporis
 mutare linguæ Frisicæ Saxonice
 successisse, cum certum sit, Du-
 cem Saxonie Albertum, & filium
 eius Georgium ea temperasse in
 Frisia rerum aliquatenus esse poti-
 um. Sed id & exiguo admodum
 tempore duravit, & ille, quan-
 quam dux esset Saxonie, non lin-
 guam Saxonice, sed Belgicam
 in judiciis usurpavit, popularem
 linguam Frisicam vulgò liberam
 reliquit. Idem fecit etiam successor
 eius Carolus V. & deinde filius
 huius Hispaniarum Rex Philippus:

Lingua
 Frisica
 quatenus
 degenera-
 verit.

Belgicam autem linguam a Saxo-
nica plurimum discrepare nemo
negaverit, qui utramque cogno-
verit. Friscam autem linguam ab
eo cardine, in quo Crantzius eam
cognovit, non longe esse dimo-
ram hactenus illustri exemplo de-
monstrari potest. Anno 1547. cum
Lovanium studiorum gratia ve-
nissem, comperi nostrates more
majorum in comitiis, quæ illis
temporibus in templo S. Barbaræ
celebrabant, uti non alia lingua,
quam Frisca; nam cum locus
esset publicus ac sacer, & proin-
de nemo excludi posset, & nulla
tamen natio Lovanii esset, quæ
non aliquando vel de industria in-
terdum accederet, vel saltem for-
te fortuna templum illud transiret,
quod pervium erat; plena securi-
tate loquebamur, quæ res postu-
labat: cum neque Gothi, neque
Dani, aut Cimbri, neque Saxo-
nes, neque Cauchi, neque Vest-
phali, neque Geldri, neque Ba-
tavi, neque Brabantii, neque Flan-
dri, neque ulli alii vel inferiores
vel superiores Germani, nedum
Galli, aut Hispani, aut Itali nos
in-

intelligerent. Quod autem de lingua Frisica hic dico, de illa propriè intelligi volo, quæ adhuc hodie usurpatur in Frisiâ, quam hodie Occidentalem appellamus, cuius caput est Leovardia: Hæc enim antiquissima est Frisorum lingua, quæ olim toti nationi communis fuit, & diu ob causas in suo vigore permansit. Primum quod ante tempora Saxonum & Burgundorum linguis externis mixta non fuerit: Deinde, quod etiam per Majores nostros publico decreto fulcita sit, ad conservandas Patriæ antiquitates. Orientales Frisi, etiam si vicinarum gentium commercio ab Occidentaliâ linguâ deflexerunt longiusculè, tamen à linguâ Saxonica magis discrepant.

Cum autem Crantzii hoc loco Saxones Germanica lingua tri dicat, recentiores occasione hinc, ut videntur, arrepta, linguam Saxonica[m] ita latis pomeriis extendunt, ut videantur eam toti fere Germaniæ communem facere: quæ Crantzii mens nunquam fuit. Crantzii enim superiorum

Lingua
Saxonica
quatenus
degenera-
verit.

Germanorum linguam à Saxonum
lingua dilucidè separat, ac supe-
riores illos præ Saxonibus con-
temnit, quos fremdere potius quàm
loqui dicit: Superiores vicissim
linguam suam Saxonicæ præfe-
runt, quibus per totam Germa-
niam omnes jam suffragantur: cum
in universis Germanorum Princi-
pum curiis, consessibus, actis
publicis, hanc linguam cuncti
affectent. Imò verò, ne illæ qui-
dem Provinciæ, quæ Saxonie
Ducibus hodie parent, omnes
lingua Saxonum utantur: quando
Misnenses ac Thuringi, quamvis
Saxonibus contemni sint, non
Saxonica, sed sua lingua utuntur,
quam ipsi Germanicam appellari
volunt. Saxones enim illi cum sua
linguâ derident, & solæcismos
eorum palam exagitant in linguâ
Germanicâ, quod proprietatem
in articulis der / dse / das / ad no-
minum genera distinguenda factis,
tueri nequeant, quo nihil absur-
dus in loquendo committi possit.
Plura quidem Saxonibus respon-
dere poteramus; sed ne quis nos
pervicacia potius quàm veritate
duci

duci putet, ad Cimbros hinc trahimus.

De Cimbris autem multa multi ^{Lingua} ^{Cimbri-} ^{rum.} nugati sunt. Crantzius Cimbros non modò Germania tota, sed & universa rerum natura excludit, qui nullam hoc nomine gentem fuisse asserit, ut infra patebit. Alii Siccambros, Saxones, Francos, itemque Tungros & Campestres Brabantos cum Cimbris eosdem faciunt, quos partim jam supra, partim infra suo loco confutavimus.

Ut autem istæ gentes singulæ sui generis & inter se diversæ fuerunt, ita satis constat, Cimbros & in Germaniâ recentem fuisse gentem & obscuram, & quæ Occidentem versus extra Chersonesum sedes non promoverit. Nec enim de Cimbris Germanicis dici verè potest, vel quod ante Frisios in Germaniâ diu fuerint, si rectè calculat Herodotus in Thaliâ; vel quod Rempubl. aliquam legibus bene constitutam, vel gentem amplam habuerint, sicuti de Cauchis, Bructeris, Svevis, Gothis, Vandalis, Frisiis, Saxonibus, ac Fran-

eis legimus. Quorum alij ut alijs
 vel cesserunt, vel successerunt; ita
 singuli sua ætate non modò sedes
 amplissimis finibus conspicuas, sed
 & institutis honestis memorabiles
 habuerunt. Plenæ quoque sunt
 Germanorum historiæ, de rebus
 ab his gentibus belli domique lau-
 dabiliter & cum virtute gestis:
 de Cimbris ne gry quidem, si
 unicam illam Italicam expeditio-
 nem excepias, quam suæ victoriæ
 memores Romani celebrarunt.
 Alioqui enim nihil usquam de his
 memorabile reperitur, quod lau-
 de dignum sit: Imò verò in con-
 trarium legimus, Cimbros gentem
 fuisse inquietam, vagabundam,
 alieni appetentem, latrocinis de-
 ditam, & quæ ex prædis ac di-
 reptionibus aliarum gentium se
 sustentaret. Testatur hoc ex vete-
 rum traditione Strabo, qui scribit
 eos usque ad Mæotidem paludem
 excursiones facere solitos: idem-
 que tradit, Tigurinos alioqui opu-
 lentos spe amplioris fortunæ se
 Cimbris in expeditionem comites
 adiunxisse, quod viderent apud
 Cimbros divitias rapto partas suis
 lon-

longe splendidiore esse. Testati
sunt hoc ipsum etiam Romani,
qui cum Cimbriorum adventu ex-
territi perquirent, qui & quales
Cimbri essent, compererunt Cim-
bros veteri Germanorum & Gal-
lorum lingua latrones dici; ut ex
Strabone, Plutarcho, Festo per-
cipimus. Ex quo satis evidenter
patet, eos extra Chersonesum Oc-
cidentem versus neque in Germa-
nia, neque in Gallia sedes aliquam
habuisse. Quis enim credat Cim-
bros gentem suam, ac non potius
externam latrociniis infestare? Et
quis credat Germanos ac Gallos
tam atroci convicio Cimbros fuisse
notaturos, ut eos latrones dice-
rent, nisi extraneos & hostes suos
indicarent? Quorum gentile no-
men factis suis infame redderent,
ut quemadmodum foedis fragi ac
perjuri nominantur Pœni, ita la-
trones ac prædones vocarentur
Cimbri. Certè gratam Germanis
gentem Cimbros non fuisse satis
inde colligitur, quod communem
ac popularem linguam suam, que
tunc Germanica vulgo diceba-
tur, ad recordationem Penthonum
Teu-

Teuthonicam dixerint : Cimbricam haud dubie dicturi, si Cimbrorum apud eos magis grata memoria fuisset. Quæ cum ita sint, satis jam apparet, neque Cimbricam, neque Saxonicam linguam eo litoris Germanici tractu, de quo agimus, usurpata fuisse, ut vel Cimbricam, vel Saxonicam gentem Frisios fuisse quisquam arbitrari possit.

Frisio-
rum habi-
tus.

Habitus enim corporis, quem coeli solique natura fabricat qualitate cujusque loci, non in Frisia, non in Germaniâ solum, sed & ubique terrarum quoque in suâ quaque gente similem semper generari solitum experientia convincit : ita ut, si maximè avi advenæ à suis æqualibus habitu corporis discrepent, nepotes tamen cum æqualibus suis indigenis ferè conveniant. Quæ cum ita sint, caute Viglius Zuichemus, Lud. Guicciardino Frisios Aborigines esse dixit; ne, si tempus aliquod eorum adventui certum definiret, suo, quod dici solet, invento sibi negotio accederet : Neque enim Guicciardinus Viglium obviandere

un.

unquam defuisset petendis antiquitatibus Frisiorum; cui, ut illius voluntati satisfaceret, ocii tantum à Reipub. negotiis non erat. Maluit igitur eos Aborigines dicere, quorum antiquitates curiosius rimari nihil aliud fuerit, quam bonas horas malè collocare. Aborigines enim illi vetustissimi, durante adhuc aureo sæculo, extiterunt, ex quibus aliæ gentes originem suam traxerunt: Cùm ipsis Hesiodus originem assignet ex *fraxine*, id est, ex fraxinis, quem & Viglius imitatus ait:

*Gensque virum truncis, & dura
robore nata.*

Hoc enim Poëtæ idèd sic finxerunt, vel quod in cavatis arborum truncis olim habitaverint, ut Ovidius asserit, vel quod ex Arcâ Noë deducant, quæ ex lignis compacta fuit; unde Cato in originibus suis hos vocat primas Umbrosorum proles, cùm Umbros ipse eos faciat, qui imbribus diluvianis superfuereunt.

a i. Metamorph.

G. A. P.

CAP. XV.

Frisios esse Advenas in Germania.

Frisios igitur non indigenas, sed advenas in Germania esse certius ex majorum traditione, ex ipsorum cultu, institutis, lingua & nominibus deprehendimus: Habemus enim tempus certis annorum numeris consignatum, quibus primi nostra gentis Agexi in has terras appulerunt, ut & supra diximus, & infra rursus commodio i loco declarabimus.

Frisios autem antiquitus ab aliis Germanis cultu & vestitu discrepasse, & eundem exoticum fuisse in eo tractu demonstravimus, quem de cultu Frisorum peculiariter scripsimus.

Frisiorum instituta.

Instituta quoque disciplinae publicae apud Frisios more Gracorum habita fuisse proprio opere docuimus, quibus juventutem in Gymnasiis, tam in armis quam in literis exercebant: quod in reliqua Germania ante Caroli Magni

FRISIORUM LIN. I. 211

Magni ætatem nusquam visum
fuit.

Linguam quoque Frisorum fuisse
exoticam satis arguunt infinita vo-
cabula adhuc in ea reliqua, quæ
nequaquam Germanica sunt. Nam
et si tum eum in Germaniam ve-
nissent, linguam popularem com-
mercii ergo didicerint; multa ta-
men retinuerunt ex patria lingua,
quam secum huc attulerunt, quæ
sanè tot ac tanta sunt, ut non
assueto etiam hodie Frisca lingua
videri possit, ut Grantzio visa est,
exotica; multa enim ex Hebræis,
multa ex Græcis, & plurima, ut
puto, ab Indis desumpta sunt, de
quibus ex professo latius acturi su-
mus in eo libro, quem propriam
linguæ Frisonicæ dedicamus: in
quo diligentem promittimus Le-
ctori comparationem linguarum,
quæ Germanicis nationibus, præ-
sertim Septentrionalibus olim fue-
runt usitatae.

nam verò si singulis quibuscumque
gentibus suorum hominum nomi-
na quædam ita propria ac pecu-
liaria sunt, ut ipso sono statim
inducunt atque arguant, quò per-

Frisko-
rum ling-
gua.

Frisko-
rum ling-
gua.

Frisko-
rum no-
mina.

fineant; quid obstat, quo minus
 & in Fria idem contigisse dica-
 mus? ubi eum quatuor generum
 nomina reperiantur, dilucidis
 intervallis recepta, nos id quod
 horum antiquissimum est, exori-
 cam esse, & proinde primos istos
 Maiores nostros, quibus id pa-
 trium fuit, peregrinos & ad-
 venas fuisse judicamus; reliqua
 enim tria genera habemus cum
 aliis gentibus Germanicis com-
 muna.

4 Gene-
 ra pro-
 priorum
 nominum
 in Fria.

1. Primi generis sunt Adel, Gai-
 lo, Aigo, Scholto, Wirdr,
 Wije, Taco, Harco; item Tied,
 Liopek, Edel, quorum originem
 nullam certam, nullam Etymo-
 logiam reddere possumus.

2. Secundo loco ea sunt, quæ fi-
 xis jam sedibus in Germania; unà
 cum ipsa lingua à Germanis acce-
 perant: qualia sunt, Folkirdt,
 Freerek, Sindr; item Suob, Imek,
 But, & similia infinita, quæ etsi
 Fria suo modo contrahant ac for-
 ment, significatione tamen ipsa
 Germanicam originem testantur.

3. Tertium ordinem ea tenent,
 quæ à Romanis deducta sunt, ex
 quo

quo inter Frisios ac Romanos consuetudo cepta est, quod accidit non longo intervallo post expeditionem Cimbricam: tunc enim audiri ceperunt in Frisia Julius, Gellius, Titus, Gabinus, Vindius, Maxus; item Saffia, Clementia, Gellia, Emerentiana, & similia, quæ tametsi à Frisiis truncatim proferantur, ad hanc tamen originem pertinere structura docet.

Quarto loco sunt quæ à Divis Frisii mutuati sunt, postquam Christo dederunt nomen: qualia sunt Petrus, Paulus, Joannes, Andreas, Matthias, Jacobus; item Maria, Elizabetha, Anna, Catharina, Agatha, & consimilia, quæ cum cæteris nationibus Christianis habent communia. In his igitur tribus ultimis generibus, cum fontes in conspicuo sint, unde derivata sunt, in primo illò non sint, apparet primum genus illud exoticum esse ac peregrinum. Nec enim vel in ulla Germanicæ nationis gente simile his ullum reperitur; neque Etymologiæ aut originis ratio in his sicut in illis
 rddi-

4.
 Primum
 genus no-
 minum
 exoticum
 arguit
 Frisios
 esse adve-
 nisse in
 Germani-
 a.

reddi, ulla potest. Nec est quod
 quisquam suspicetur hæc à me ma-
 gis, quàm reliqua illa esse conficta,
 cum omnia in hunc usque diem
 in Frisiâ æquè vulgo usitata sint:
 Hæc enim ipsa potissimum sunt
 illa Frisiorum nomina, quæ velut
 insolentia ac peregrina reliquæ
 gentes admirantur; cum in cate-
 ris & ipsæ aliquam analogiæ ra-
 tionem deprehendant, quam in
 his nullam vident. Hæc igitur cer-
 tissima antiquitatum vestigia vici-
 nis nostris Saxonibus, Brunsvicen-
 sibus, Vestvalis, Geldris, Bra-
 bantis, Flandris, Hollandis fere
 perierunt: Qui cum omnes adve-
 næ sint, non minus quàm Frisii,
 haud scio tamen an possint ulla
 nomina recensere, quæ non intra
 tres posteriores ordines, de qui-
 bus locuti sumus, restringenda sint.
 Hollandi certè reliquis neglectis
 adeo se extremo ordini alligarunt,
 ut apud eos fere tertius quisque
 Joannes appelleretur. Apud nos au-
 tem qua ratione ac modo hæc unà
 cum lingua Frisica conservata sint,
 infra plenius dicemus. Hæc igitur
 cum ita sint, quid obstat, quo
 mi-

minus, ut & antea diximus, veluti
certissimo horum nominum indi-
cio, quæ primi ordinis sunt; ar-
guamus primum gentis nostræ con-
ditorem fuisse advenam, quod po-
pulus, quem secum adduxit, no-
mina haberet peregrina, & indi-
gentis hactenus incognita? Eadem
certè ratione Albertus Crantzius
cum novem primos Verdensis Ec-
clesiæ Episcopos enumerasset;
• Suibertum, Pattonem, Tanco-
nem, Hortilam, Cevilonem,
Rortilam, Hengeram, Haruchium,
& Ertulphum, omnes eos arguit
esse peregrinos, quod nomina ha-
beant peregrina: Waltherum ve-
ro ordine decimum, esse Saxo-
nem arguit, quod nomen ejus
apud Saxones usitatum sit. „Wer-
„densis (inquit) Ecclesia, post
„Ertulphum Martyrem in Eb-
„beckstorp cum agmine Christia-
„norum pro Christo casum,
„Episcopum habuit Waltherum,
„virum eo loco dignissimum,
„primum (ut arbitratur) ex hujus
„nationis hominibus ortum; nam
„prædecessores fere omnes Scho-
„tici aut Anglicani generis fuere,
„quod

Lib. 2.
CAP. 10.
Metec pop.

„ Vanda-
 „ lib. 3.
 „ cap. 19.

„ quod tituli testantur Abbati-
 „ rum, à quibus sunt translati, &
 „ ipsa vocabula & nomina viro-
 „ rum indicio sunt, quod non
 „ nostræ sint gentis; Waltheria-
 „ tem nomen apud nostros quia
 „ vstratissimum est, arbitrantur
 „ hunc esse primum nostræ origi-
 „ nis hoc loco Pontificem. Idem
 „ eodem Criterio utitur in arguen-
 „ da Vandalicæ nationis proprietatem,
 „ cum inquit: „ „ Ninisslaus
 „ filius ex Libyssa regum trahens
 „ sanguinem, patri succedit. Gen-
 „ tile nomen quod sua terminatio-
 „ ne testatur esse Vandalicum: His
 „ enim in omni gente utantur
 „ Dalmatæ, Bohemi, Poloni,
 „ Pomerani. Nam Hermolaus,
 „ Stanislaus, Bodeslaus, Ladislaus,
 „ Buggeslaus, Pribislaus, nomina
 „ sunt conformia Vandalorum,
 „ quibus in hodiernum omnes
 „ utuntur, & unam esse gentem,
 „ etiam hoc argumento accedente
 „ sermone eodem certus perdiscas.
 „ Consimili etiam ratione Hunfre-
 „ dus Lhuyd, ex commemora-
 „ tis Cimbrorum Regum nomini-
 „ bus, Clodie, Lhes, Bel, Lhud,
 „ Thut-

Thutlach, Berich, arguit Cim-
 bros fuisse Britannæ Cambros,
 quod eadem nomina apud Cam-
 bros in Britannia hætenus usitata
 sit. Hac etiam ratione Wolf-
 gangus Lazius in investigandis ac
 discernendis gentium generibus,
 veluti Lydio quodam lapide uti-
 tur, ut cuique suos Duces assignet
 in earum migratione. Hac igitur
 viâ & nos exotica ab intraneis
 discernimus, & antiqua à recen-
 tibus, cognoscimus, non modò in
 singulorum hominum, sed etiam
 in amplissimarum familiarum no-
 minibus, quæ cùm certis quibus-
 dam terminationibus comprehen-
 dantur, facile discerni possant à
 cæteris.

CAP. XVI.

*Alanos & Svevos vicissim incoluisse
 illum tractum terræ ante Frisiorum
 adventum, quem Frisii nunc oc-
 cupant.*

J Amverò quò certius appareat
 Frisios esse advenas, peripicuè
 jam hic declarabimus, quinam

K ante

ante ipsorum adventum has terras
 tenuerint, ut deinde dispiciamus,
 unde ipsi prodierint, & quo pacto
 remotis cultoribus antiquis suc-
 cesserint. Andreas Althamerus in
 commentariis suis in Germaniam
 Taciti scriptis asserit, Francos eos,
 qui modò Moenum amnem adha-
 bitant, eos fines & ostia Rheni
 primitus tenuisse, ubi nunc est
 Hollandia, Zelandia, populi
 Traiectentes, Geldrenses, & Fri-
 sii: sed cùm dictis suis hic nec ra-
 tionem, nec testem subiciat, no-
 bis certiora quærenda sunt. Distri-
 buitur Frisia, quæ hodiè Occiden-
 talis, communiter vocatur, in
 Oostergo & Westergo/ & septem
 Sylvas; unde quidam arguunt,
 Gothos olim has terras obtinuisse,
 ex quibus hæ terrarum partes no-
 men traxerint: Sed hoc ridicu-
 lum, cùm hæc distributio non to-
 tius Frisix sit, sed ejus tantum
 partis, quæ nunc Occidentalis di-
 citur. Deinde Oostergo & Wes-
 tergo Frisii per Apocopen dicunt,
 pro Oostergou & Westergou/
 quod sonat Orientalis & Occi-
 dentalis gubernatio. *Gou* enim
 guber-

gubernationem sive Jurisdictionem significat, ut patet in *Hengou*, *Brisgou*, & similibus. Et istas duas Frisia partes olim separabat elix *Flevi* fluvii, qui dicebatur *Mediterraneus*, sive mare *Mediterraneum*, ut supra diximus; ejus respectu altera Orientalis, altera Occidentalis dicebatur. Tradunt autem unanimiter omnes rerum Britannicarum Scriptores, *Brutum*, qui de nomine suo Britanniam dixit, quæ hæcenus *Albion* appellata fuerat, exturbasse ex eâ insulâ gigantes nomine *Slavos*. Quos eisdem *Chronica* *Hollandiæ* a patriâ extorres, quærendis novis sedibus occupatos appulisse tradunt ad littora inferioris *Saxoniz*, quæ nunc *Frisia* vocatur, & cum neminem offenderent, in terram esse egressos, sed mox ab incolis ex improvviso irruentibus inde rejectos, conscensis navibus altius Occidentem versus abnavigasse, donec per ostium *Mosæ* ingressi, sedibus ibidem fixis, paulò post haud longè istinc prope veterem *Vlardingam* construerent arcem munitissimam,

Slavi in
Frisiam.

• *Divis.*
1. cap. 24.

LIBROS
DEL DR.

K 2

quana

quam de nomine suo Slavenburgum appellaverunt. Id factum esse eo tempore, quo Samuel Israellem judicaret, annis nongentis ante Christum. Hanc historiam veram esse, vicinarum gentium consensus Hollandis attestatur, præterquam in paucis. Nam etsi Slavos ex Britannia sub Samuele pulsos esse constet à Britannis, qui Bruti sui exordium ponent ad annum mundi 2829. qui in nonum annum Samuelis incidit; tamen in collectione insignis error est, cum ab eo tempore ad Christum usque non modò nongenti anni, sed mille ducenti & amplius effluxerint. Deinde Saxones inferiores sive Frisii hic per anticipationem dicti sunt, pro iis qui tunc sedes istas, quæ Frisiorum nunc sunt, occupabant: tunc enim neque Frisii in Germaniâ, neque Saxones ulli erant, ut ex infra scriptis apparebit. Illi enim, qui Slavos repulerunt Svevi erant, qui Alanis dudum pulsis, totum illum maritimum tractum à Flevo fluvio, usque ad fluvium Svevum incolebant: Alanum autem in Fri-

Alanus
in Fri-
a fuerit.

Frisiâ fuisse, sunt qui afferunt, & sedem habuisse in tertiâ ejus Provincia Zelandiâ, quæ nunc terra Gruningana dicitur, nomenque suum indidisse fluvio, qui eandem tertiam Zelandiam ceu legitimus ac naturalis terminus dividit à secunda, quæ nunc dicitur Oftergoa; de qua plura diximus in topographia Frisiæ. Itaque hunc fluvium primitus Alanum, postea Lanum, ad extremum tandem Lavicam esse dictum. Sanè Lani meminerunt scriptores Francici, ut aliàs patebit: Lavicæ nomen hodiè usitatum est, etiamsi fluvius ipse jam fere emarcoit.

Hujus Alani filium quidam, teste Lud. Guicciardino, Frisum faciunt, à quo Frisia dicta sit: Alani flus.
sed apud Moysen in Ducum genealogiis nec Alani ulla mentio est, nec Frisii. Apud Berolum a Genes. 10. 11. 36. Paralip. 24. legitur Alanus ex Getulo, Getulus ex Aramæo, Aramæus ex Sammo, Samus ex Noa natus; de Frisio nihil habetur. Occasus quidem fingendæ hujus fabulæ proclivis fuisse videtur, ut Frisiam derivarent ex Frisio isto, sicuti Gru-

ningam ex Gruno Trojano. Nos autem de Frisio hoc Alano, sicuti de Gruno Trojano, in historiis nostris nihil usquam scriptum reperimus, & ipsius Frisiæ, ut & Gruningæ, nomen est recentius, quàm ut ad Trojanum Grunum, & Frisum Alanum pertingere queat. Alani autem Svevis ingruentibus cesserunt, & in Sogdianam Asiæ regionem, quæ hodie Corasena est, ad Fluvium Jaxarten se receperunt; ubi etiam collocat eos Ptolemæus. Deinde Media vastata ad Meotidis paludes confederunt, ut ex Dione & Dionysio apparet. Tandem istinc in Europam reversi, superatis Hercineis, in mediterranea Germaniæ se effuderunt. Hinc rursus in Galliam; inde porro in Hispaniam trajecerunt, & nonnullis ibi residentibus, reliqui unà cum Vandalis in Africam se receperunt, annis circiter quadringentis post natum Christum. Suevorum verò natio cum multiplex fuerit, utpote quæ in 54. gentes distincta, maximam Germaniæ partem continuerit, ut Paulus Oro-

Suevo-
rum na-
tionis
quædam
Frisiis ces-
serunt.

Orosius testatur lib. 1. cap. 2. ut
 sciri possit, cum quâ nobis res
 fuit, ex Authorum observatione
 in genera quinque non incommo-
 dè distribui potest. Primò enim
 sunt Australes; ut Hermunduri,
 Narisci, Marcomanni, Quadi.
 Secundò sunt Occidentales; ut ii,
 quos Cæsar ad Rhenum collocat
 supra Ubios veteres. Tertiò sunt
 Orientales, Pannoniæ Sarmatiæ-
 que finitimi; ut Lygii, Arii,
 Helvecones, Mamini, Elysi,
 Narvali. Quartò sunt Aquilona-
 res; ut Sennones, Longobardi,
 Rudigni, Aviones, Angli, Va-
 rini, Eudoses, Suardones, Suitho-
 nes. Quintò sunt littorales aut ma-
 ritimi; ut Guttones, Rugii, Le-
 movii, Suiones, Æstiones, Si-
 tones. Omnes hi, quamquam no-
 minibus & sedibus diversi, ejus-
 dem tamen gentis Svevicæ sunt.
 Cujus quanta fuerit olim inter cæ-
 teras nationes Germanicas ob rei
 militaris disciplinam excellentiam
 atque potentiam, diligenter & ad-
 institutum nostrum opportunè ex-
 plicat Cæsar de Occidentalibus
 loquens, his verbis.

Lib. 4.
 de bell.
 Gall.

K 4

Sve-

„Svevorum gens (inquit) est
 „longè maxima & bellicosissima
 „Germanorum omnium: ii cen-
 „tu n pagos habere dicuntur, ex
 „quibus quotannis singula millia
 „armatorum bellandi causâ suis ex
 „finibus educunt. Reliqui qui
 „domi remanserint, se atque il-
 „los alunt. Hi rursus invicem an-
 „no post in armis sunt: illi domi
 „remanent. Sic neque agricultu-
 „ra, neque ratio atque usus belli
 „intermittitur. Sed privati ac se-
 „parati agri apud eos nihil est.
 „Neque longius anno remanere
 „uno in loco incolendi causâ li-
 „cet. Neque multum frumento,
 „sed maximâ parte lacte atque pe-
 „core vivunt, multumque sunt in
 „venationibus, & post pauca his
 „addit: Publicè maximam putant
 „esse laudem, quam latissimè à
 „suis finibus vacare agros. Hac
 „re significari, magnum numerum
 „civitatum, suam vim sustinere
 „non potuisse. Itaque unâ ex
 „parte à Svevis circiter millia
 „passuum sexcenta agri vacare di-
 „cuntur: Ad alteram partem suc-
 „cedunt Ubii. Quemadmodum
 igitur

igitur Occidentales isti Svevi,
 Ubiis, Tencteris, & Usipiis, ul-
 tra Rhenum abactis, eorum sedes
 occuparunt, uti Cæsar & Stra-
 bo testantur: ita etiam Septen-
 trionales isti & maritimi, ejectis
 Alanis, totum illum tractum ad
 Oceanum Septentrionalem inva-
 serunt; quem postea supervenien-
 tes Frisii, Saxones & Brunsvicen-
 ses illis vicissim ademerunt. Hinc
 enim Oceani Germanici pars il-
 la, quæ tractum hunc ambit,
 etiam mare Svevicum appellari
 solet, ut ex Tacito de Germano-
 rum moribus colligitur.

Lucanus rem totam paucis ver-
 bis eleganter explicuit, inquiens:

Fundit ab extremo Flavos Aquilone Svevos

*Albis, & indomitum Rheni ca-
 put.*

Nam cum Poëtis id solenne sit,
 ut antiquioribus incolis nominan-
 dis memoriam vetustatis conser-
 vent, Lucanus hic Svevorum no-
 mine Frisios appellavit, ut declar-
 raret Frisios in ea terrâ Svevorum
 esse successores: Svevos enim eo-
 dem terræ spatio conclusit, quo

Lib. 6.
 Gall bell.
 Lib. 70.

Lib. bell.
 Pharsa.
 Frisii Sve-
 vorum no-
 mine ap-
 pellati.

Frisios memoriâ suâ debere cognoverat. Svevos enim ad Aquilonem ultimos facit, quod Frisiis rectè competebar: Svevos Orientem versus ad Albin usque extendit, quò & Frisii pertingunt; nam quod utrisque ulterius competebar, id Romanis hæctenus incognitum erat, quibus ultra Albin edicto Augusti inquirere non licebat. Svevis porrò Occidentem versus terminum assignat indomitum Rheni caput, quod interpretor Flevum fluvium, quem & Frisiis ab illa parte terminum fuisse certo certius est: Flevus autem Fluvius secundum Plinium Rheni brachium maximè Orientale est: Quæ autem Rheni brachia vocat Plinius, ea Cæsar appellat capita, qui scribit Rhenum multis capitibus in Oceanum influere, quæ nos suo loco indicavimus. Itaque Flevum hunc Lucanus rectè vocavit indomitum Rheni caput, ob recentem memoriâ eladis Oleniana, quam Frisii excusso jugo, teste Cornelio Tacito, ad ostium Flevi Romanis nuper inflixerant, ut supra in Chronologia nostra dixi.

Flevus fl.
indomitus
Rheni caput.

diximus cap. 9. Nec est quod quisquam hic Rhēni caput à Lucano Rhēni fontem appellari putet, cum nec Svevi atate Lucani ad fontes Rhēni fuerint, quo demum sub Imper. Honorio venerunt; neque Epitheton, quo caput indomitum vocat, alio accommodari possit, quam ad Flevum, propter historiam, quæ ad solos Frisios Flevi accolæ pertinet. Certe Cornelius Tacitus Lucano descripsit, qui Svevos istos, quos nos Aquilonares & littorales supra diximus, eo tractu, quatenus quidem eâ tempestate habitabilis illa erat. Frisiis proximè vicinos fecit: cui & Ptolemaus etiam suffragatur, ut ex uniusque monumentis manifestè patet. Hinc enim Suteses & Helvecones Svevi sunt illi, qui hodie Svitseri & Helvetii dicuntur, antiquâ vicinitate & mutuâ affinitate Frisiis conjuncti; ut & ipsi Cimbrî seu Vitæ, ad quos, ob eandem memoriam, etiam magna pars Frisiorum diverit eorum, qui victores ab expeditione Romanâ, quam in gratiam Caroli Magni suscep-

Lib. 2.
cap. 11.

Svevi Frisii
suis vicini
& adfines

K. 6

rant.

Flevi no
dicitur

rant, revertentes, ulterius pro-
gredi volebant, quod illic se apud
suos & in patriâ suâ esse interpre-
tarentur. Quia de re in coloniis
Frisiorum plenius dicturi sumus;
Lector interim Tiscudun, Cimle-
run, & Rhenanum videat. Vi-
detur autem Rheni brachium istud,
quod Frisiæ terminus olim ab Oc-
cidente fuit, & nunc mari Hol-
landico absorptum est, à Svevis
istis Svevum primitu fuisse di-
ctum, progressuque temporis hoc
nomen declinasse in Flevum: nec
mirum id quidem, cum Svevus
alter fluvius ab ipsis sine contro-
versia dictus, quem juxta Sunden-
sem civitatem in mare Septentrio-
nale effundi aliqui scripserunt,
nunc appelletur Sprevus. Hujus-
modi enim nominum mutationes
proclives sunt, præsertim obscu-
ratâ primitivæ originis veritate.
Nam eadem ratione & alter ille
fluvius in Frisîâ, qui olim ab Ala-
nis Alanus dictus fuit, postea
Lanus, & ad extremum Lavica
vocatus est, ut supra diximus.

Frisi
quibus
modis

Frisios igitur cum in Germa-
niam appellerent, in Sævorum
ser

sedes ad Aquilonem ultimas successisse ex his apparet; quod & partim bello, partim pactis conventis obtentum esse dilucidis rationibus in vita Frisonis, & in annalibus nostris docebimus: ubi non modò bella adversus advenas Frisios à Svevis gesta, sed & fœdera cum iisdem percussa, & pacem tandem initis matrimoniis compositam, eandemque etiam Ordinum Germaniæ consensu privilegiis æternis concessis firmatam esse demonstrabimus. Itaque his nixi, non modò linguam ipsam, sed & instituta quoque Svevorum ad nos derivata esse deprehendimus, quæ in historiis nostris legimus; cùm dubium non sit, advenam populum etiam mores eorum potissimum imitari, quorum linguam addiscit. Quæ res facit, ut de gentium migratione, de linguarum successione, quæ per Germaniam post adventum nostratum factæ sunt, certius nos judicare possimus, cùm exactam temporum rationem ab initio majores nostri habuerint, neque neglexerint adnotare, quæ posteris scitu

successisse
sunt in se-
de Sve-
vorum.

Sicambri
qua lin-
gua uti
sunt.

digna erant. Joannes Funccius in
suis Chronicis ad annum Urbis
Romanæ 368. qui ante natalem
Christi 384. fuit, ex Joanne Trit-
hemio Hunibaldi abbreviatore:
„Priamus (inquit) Antenoris ex
„Cambra filius apud Sicambros
„regnat annis 27. Hoc regnante
„Sicambri Saxonum lingua uti cœ-
„perunt. Hic mihi considera, ami-
ce Lector, quam paucis verbis
quàm multiplicem errorum se-
mentem fecerit: Nam si Sicam-
bri illi Cimbri mediterranei
erant, ut illi dicunt, quos nos
suprà confutavimus, cur non à
Cimbris maritimis potius, ut po-
te gentilibus suis linguam di-
dicerunt, quàm à Saxonibus?
atqui loci interapedoid impedi-
bat, cùm Sicambros in Geldriâ,
Cimbros maritimos in Cherso-
neso habitasse omnium consensu
constet. Audio. Sed ut hoc fri-
volum est, ita præsentiùs ineptias
deregìt, quod non inter inter-
pretes constet quinam Cimbri
mediterranei sint; cùm Crantzius
eos Saxones, Volatarrenus Thu-
ringos, Trithemius Francos in-

ter-

terpretetur : omnium autem errorem patefacit & convincit, quod eâ tempestate, quâ Sicambros istos linguam Saxonicam didicisse Funccius asserit, Saxones adhuc in Germania nulli fuerint : Saxones enim unâ cum Frisiis ac Brunsvicensibus anno demum 313. in Germaniam advenisse infra clarissimè demonstrabimus. Quo posito, si Sicambros à Saxonibus linguam didicisse dicamus, ratio temporis convincit, eos in Germaniam serius advenisse ; & ratio viciniratis arguit, eos linguam didicisse à Frisiis, qui ut Sicambriis proxime vicini semper fuerunt, ita etiam Saxonum nomine appellati sunt.

Quod quidem ne quis temerè potius quàm consultò accidisse putet, scire debet, Sicambros in Germaniam adventantes, ideò potissimum se Frisiis proximè adiunxisse, quod congenitales hiis essent : Sicambros enim Indicam esse gentem, & in India ab Alexandro Magno subactam esse lib. 12. refert ex Trogo Pompejo Justinus. Idèoque & Frisii eos eùm appellarent

lerent ex cognata gente oriundos
 agnoscentes, lingua sua, Neo me-
 gen, id est, novos cognatos ap-
 pellarunt, comparatione Saxonum
 & Brunsvicensium, qui vetustio-
 res eorum cognati in Germania
 erant. Sedes Sicambrorum inde
 Neomegen primitus, & deinde
 Nimmegen vulgò dicta fuit, quam
 Latine postea Noviomagum &
 Neomagam appellarunt. Vocant
 autem Frisi in hunc usque diem
 cognatos Megen, & Neo dictio-
 ne monosyllaba, novum, nam-
 e, in ea dictione liquecens, pro-
 prietate linguæ, i, consonanti
 æquipollet, sicuti cum populum
 dictione monosyllaba dicunt Leodi.
 Quæ quidem cum ita sint, appa-
 ret Sicambros, neque Saxones,
 neque Cimbrós, neque Francos
 esse; neque ex Phrygibus, ne-
 que ex Scythiis esse; neque anti-
 quiores esse sed recentiores in Ger-
 mania Frisii aut Saxonibus. In-
 terim verò hinc apparet nostratibus
 & eorum sociis advenien-
 tibus, Syevicam linguam inter
 Germanicas latissimè patuisse, &
 quidem maximè ad partes aquilonis

na-

ares : eamque fuisse causam , cur Frisii Sve-
 vis didicerint , & maximè etiam incorruptam conservaverint ; quia
 neque sedes ipsi mutaverunt , ne- que gentes
 exteras ad se receperunt : Saxones autem & Brun-
 vicienses , etsi aliquam linguæ suæ partem etiam
 Svevis debeant , tamen & pluribus gentibus obnoxii
 fuerunt , Cimbris , Cauchis , Bructeris ,
 Franconibus , Longobardis , Vandalis , & foras aliquando
 militatum abierunt ; & domi interdum
 externos hospites receperunt , ut nunc non sit
 eorum linguam à primitivâ longiusculè
 declinasse , & proinde cum Svevicâ
 minus convenire ; præsertim cum & ipsa
 Svevica successu temporis aliis linguis
 admixtis in vetere puritate non perseveraverit ,

Frisii Sve-
 vicam lin-
 guam dis-
 cunt , &
 fideliter
 conse-
 vant.

Saxones
 & Brun-
 vicienses
 unde lin-
 guam di-
 dicerint.

Hactenus igitur jam docuimus ,
 Frisios advenas esse in Germaniâ ,
 nunc porro declarabimus unde , &
 ex quâ mundi plagâ , & ex quâ
 natione huc venerint , quâ in re
 eum diversorum authorum diver-
 se sint sententiæ , nos eas deinceps
 hic Lectori ob oculos ponemus , &
 fin.

singularim singulas paucis discutie-
mus, interposito iudicio nostro,
ac demum, quid veritatis loco
tenendum sit declarabimus.

C A P. XVII.

*Prima Opinio de Origine Fris-
ium.*

ORdo igitur jam postulat, ut
declaremus, unde Frisii in
has terras advenerint: Sed cum
diversos auctores hac de re diver-
sum tradidisse comperiam, con-
sultè mihi facturus videor, si
prius ineptas quorundam opinio-
nes hic ordine propositas confu-
tem, ut discussis errorum nebulis,
ipsam veritatis lucem clarius in-
tueamur. Clarissimus vir, & de
re literariâ, ut & de Frisiâ opti-
mè meritis, Joachimus Hopperus,
eos ab Hyperboreis deducere vi-
detur: Nam in Themide suâ,
quam Regum Frisiz tabulam ap-
pellat, senem quendam Hyper-
boreum introducit hujus opinio-
nis auctorem. Quod mihi hic ad-
monendum duxi, ne quem for-
tè

Frisii an-
te ab
Hyper-
boreis.

re liber, ubi in lucem prodierit,
 perturbet: Hopperus enim illic
 non de gentis, sed de doctrinæ
 Frisonicæ origine disputat, quam
 ab Hyperboreis ad Frisios dedu-
 ctam videri vult, quo illam im-
 pensius commendet. Quamquam
 enim Tacitus Germanis omnibus
 adimere videatur secreta litera-
 rum, Hopperus tamen id in Fri-
 siis illi non concessit; sed longè
 diversum probaturus erat in 12.
 illis libris, quod de antiqua Fri-
 siorum Repub. promisit, nisi &
 negocia publica, & immatura mors
 ejus id nobis invidissent. Quan-
 quam & Tacitus Cauchis, quos
 à Frisiis, ut & alios quosdam po-
 pulos, eruditos esse suo loco de-
 clarabimus, insignem Reipub.
 formam domi militiæque tribue-
 rit, quæ sine literis utique consi-
 stere non potuit. Huc igitur per-
 tinet, quod inter hæc gentes ul-
 trò citròque facilem semper fuisse
 navigationem dicit: Eadem enim
 ratione doctrina Hopperi senex
 Hyperboreus autoritate sua com-
 mendat, qua doctrinam Platonis
 senex Aegyptius. Singularem enim sa-
 pien-

pientia celebres olim fuisse Hyperboreos nemo ignorat: Ex his enim Olen Lycius Achæjam; ex his Melampus Cumæus Opin & Heæcærgen; ex his denique plures Abaridem prodiisse commemorant; Cujus incomparabilem sapientiam sagittæ nomine veteres innuebant, quam illi Apollo dederit, ea virtute præditam, ut quocunque dimissa esset, illi celerissimo volatu subsequenti, nihil arduum, nihil impervium reliquerit.

CAP. XVIII.

Opinio Secunda. de Origine Frisiorum.

Frifian
fint ex lu-
dais.

Cornelius Kempius lib. 1. cap. 12. refert, Venerabilem patient Reinerum, olim apud Colonienfes Carthusianum, in eo libro, quem de origine, laude & illustribus viris Frisonicæ gentis conscripfit, Frisios ab istis Judæis deducere, quos Hierosolymâ captâ à Vespasiano Casare, vita quidem donatos, sed poenæ tamen

no

nomine in hanc terram relegatos
 esse scribit. Idem etiam ex eo-
 dem Vorperus Thaborita refert
 historię suę lib. 1. cap. 3. Sed mi-
 hi hunc authorem videre hactenus
 non contigit: Carthusiani Colo-
 nientes negant ullum unquam fui-
 se apud se Patrem Reinerum, &
 Warnerum hunc Westphalum
 fuisse putant, cognomine Role-
 vinckum, cujus extat fasciculus
 temporum. Hujus ego librum vi-
 di de laudibus antiquę Saxonię
 seu Vespalię, in quo tamen hu-
 jusmodi nihil hic author dicit,
 sed satis innuit de Frisiorum ori-
 gine peculiare quoddam scriptum
 extare. Sed hujus Reineri opinio-
 nem Kempius & Vorperus satis
 luculenter confutarunt, cum multis
 sæculis ante natum Christum Fri-
 sii hanc terram incoluerint. Dice-
 ret aliquid Carthusianus, si de Po-
 meranię quadam gente hæc nar-
 raret, apud quam, ut ex Pome-
 ranis quibusdam olim accepi, ru-
 stici ad stivam, cuculi in morem,
 eandem semper cantilenam ca-
 nunt, paucis verbis identidem
 lugubri voce ingeminantes; Jera
 Vef-

Vespa, Jeru Vespa, Jeru Vespa, quasi in patriæ veteris recordatione lamententur, Hierusalem à Vespasiano esse eversam.

C A P. XIX.

Opinio Tertia de Origine Frisiorum.

*Frisi an
sint ex
Francis,*

JOannes Trithemius in compendio de Regibus Francorum ait, Frisium Clogionis Francorum Regis filium à patre ei regionem esse præfectum, quæ mari Germaniæ proximè adjacet, et ex hujus nomine Frisiam esse appellatam: Hunc regnum Frisæ consensu omnium Francorum suscepisse ea lege, ut Frisæ Reges Francis subiecti essent, & singulis annis ducentos & sexaginta boves pro tributo solverent, & cum Francis, ut cæteri quoque amici & socii, communia bellorum munia obirent. Hæc Trithemius ex Hunibaldo, (nisi fallor) ex Trithemio certè Joannes Funccius; ex Funccio Henricus Panthaleo totidem fere verbis in prosopographia sua

FRISIORUM LIB. I. 239

sua repetiit. Funccius tempora
distinxit, & Frisium nomen Fri-
sie dedisse, anno Christi primo,
Regnum Frisie inchoasse anno ejus-
dem Christi decimo in Chronolo-
gia sua adnotavit. Wolsfgangus
etiam Lazius de migratione gen-
tium hanc Frisiorum originem
tradit lib. 3. ubi de Cimmeriis
ait, sed in assignatione tempo-
ris à Funccio discrepat, imò & à
seipso discrepat, qui alibi Frisios
deducit à Phrygibus, ut infra capi-
te proximo apparebit. Hæc tamen
si speciem aliquam veritatis habere
videantur, ab ea tamen esse lon-
gissimè remota ex infra dictis fa-
cile apparebit: Utcunque enim
Francus iste Clogio filium habue-
rit Frisium, ab eo tamen Frisia
nomen non obtinuit, quod ante
illum natum tot jam sæculis ob-
tinuerat, ut proximè dictum est.
Deinde quod nec Regnum qui-
dem Frisie à Clogionis filio exor-
dium sumpserit, consimilis tem-
porum ratio convincit: cùm Fri-
sii Reges non habuerint ante an-
num Christi 392. quo primus Fri-
siorum Rex est inauguratus Richol-
dus

dus Uffo. Illo enim anno, quem
 Trithemius Clogionis filio affig-
 navit, Frisiorum non Rex, sed
 Princeps fuit Asinga Ascon; &
 hunc alii principes tres, & hosce
 septem duces ad Richoldam us-
 que ordine continuo subsecuti
 sunt, indigenæ omnes, non ad-
 venæ. Itaque Frisios quidem à
 Francis originem non sumere ex
 his, quæ diximus, abundè pater.
 Illud fortasse verius fuerit, quod
 Beatus Rhenanus asserit, & Adria-
 nus Junius sentire videtur, Fran-
 cos ex Frisiis originem ducere;
 cui & illi subscribunt, qui pri-
 mam eorum sedem fuisse putant
 Franegeram civitatem Frisiæ non
 ignobilem, ut in suo Geograph.
 thesauro indicat Abrahamus Or-
 telius. Nos hic de Francorum ori-
 gine non disputamus, quod com-
 modius facturi sumus in opere de
 coloniis Frisiorum; hic saltem ne-
 gamus Frisios originem ducere à
 Francis.

CAP. XX.

Quarta Opinio de Origine Frisiorum.

Hubertus Thomas Leodius, in Frisii ³⁰
 eo libro quem de Tungris & ex Troja-
 Eburonibus conscripsit, cap. 19. nis sunt
 à Trojano Giunto Frisios dedu- orta
 cit, qui Gruningam, & in eâ
 templum admirabile condiderit,
 ipsamque terram unius literæ in-
 flexo sono Phrysiam quasi Phry-
 giam, & gentem ipsam Phrysioc
 quasi Phrygios appellarit. Hanc
 opinionem etiam allegat haud scio
 unde Lud. Guicciardinus in pro-
 cæmio descriptionis Frisie. Huc
 etiam Wolf. Lazius inclinat, ut
 infra videbimus. Huic suffragatur
 Occidentalis Frisie civitas prope
 Sneecam, populare linguâ hodie
 vocata *Wist* / quam etsi nonnulli
Elostum, alii tamen *Iliacum* ap-
 pellant, quasi Ilium à Trojanis
 conditum. Consimiliter in terra
 Gruningana *Ascanii* memoriam
 referte videtur pagus *Wschondorp* /
 quem *Ascaniam* Latini vocant.

L

Hisco

Hisce palam suffragantur apud Gruninganos non pauci qui contendunt Gruningam etiam Stauriâ vetustiorē esse, & Frisiz totius olim fuisse Metropolim, cujus conditorem faciunt Grunium Trojanum. His etiam tacite astipulari videntur, qui non Frisios, sed Phrygios scribunt, scripturâ scilicet originem gentis arguente. Adversus hæc Huberto responderi potest, in Phrygiorum & Phrysiarum homœographia si magna, in prolatione si major similitudo est, in indole certè esse longè maximam differentiam: cum Phryges, juxta vetus proverbium, plagis emendentur; Frisii depraventur: Frisium enim si tractes humaniter, obsequentem habebis; si crudeliter, efferatum & refractarium senseris. Sed utcumque Phryges animum mutarint dum trans mare currunt, velim nobis tempus definivisset Hubertus, quo Grunius ad nos venerit. Nam si cum mox atque ex equo Trojano dilapsus est huc advolasse contendit, antiquitate ipsa excluditur, cum Frisiz nomen recentius sit,

FRISIORUM LIB. I 243

fit, ut supra dictum est; & si diu-^{a cap. 29}
tius alicubi moratus hæsit, in ^{lib. 1.}
Clogionis filio subsidit, de quo
Trithemius agit, ut supradictum
est, & utrumcunque acceperis, vi-^{a cap. 12.}
des in eo crambem esse recoctam. ^{lib. 2.}
Quid autem Grunum istum im-
pulsit, ut terram appellaret Phry-
siam, quam Phrygiam intelligi
vellet? Phrygiam enim commo-
dius dixisset, ne nebulas posteris
offunderet, quibus nomine ipso
memoriam rei gestæ commenda-
ret: mirum verò cur non regio-
nem ipsam Gruniam, & oppi-
dum in ea Phrigiam appellaret.
Etsi ergo Grunus aliquis Grunin-
gam condiderit, non ideo rectè
mox Hubertus colligit, Trojanum ^{Condi-}
hunc fuisse, si contrarium gentis ^{tor urbis}
acta probent. Fuit autem Gru- ^{Grunin-}
ninganz civitatis conditor Friso- ^{ganæ.}
nis pronepos populari nomine di-
ctus Gyns / ac denominatio-
ne hominum etiam Grunus. Is
circa annum centesimum & quin-
quagesimum ante natum Chri-
stum; in tertia Frisæ Zelan-
dia, quæ illi avita erat, arcem
condidit, quæ ab auctore tum

L 2

Gyns/

Gypnſ/tum Gyneburg dicta fuit
 quæ etſi poſtea in civitatem egre-
 giam exceverit, primi tamen fun-
 datoris utrumque nomen hæc-
 tus conſervavit: cùm in hunc ul-
 que diem Friſicâ linguâ Gypnſ/
 Germanicâ Gyningen appelle-
 tur. Itaque ſi Gruningani Gru-
 ningam ſuam Stauriâ antiquiorem
 faciunt, & Friſiæ totius Metro-
 polim fuiſſe dicunt, credendi
 ſunt id commendandæ ſuæ patriæ
 gratia facere, interim tamen à
 veritate aberrare: Stauria enim
 Friſiæ totius Metropolis fuit to-
 tiſ centum & quinquaginta an-
 nis, antequam prima civitatis
 Gruninganæ fundamenta jaceren-
 tar, ut in Geographiâ noſtrâ &
 Annalibus plenius declarabimus;
 idem facturi & in Iloſto & in
 Aſcania, quæ & recentiora, &
 non alterius quàm Friſicæ origi-
 nis eſſe ibidem demonſtrabimus,
 ut & in civitatibus Friſiæ, ne
 ſingulis hic diu inſiſtendum ſit.
 Quantum igitur huiusmodi Ety-
 mologiis & proſonomasiis tri-
 buendum ſit, facile animadver-
 tat Hubertus Thomas, ſi conſi-
 deret

Friſici
 dominis
 orthogra-
 phia

deret non eundem sonum apud nos esse, quem apud suos esse, innuit inter G & S: Nam si, quos Phrygas, & Phrygios scribit, Phrysas & Phrysios apud Gruninganos pronunciaret, omnibus ridiculus esset. Scriptura autem quomodo gentis originem innuat, cum Frisi à Phrygibus non dependeant, & gentis nomen non omnes vel extranei, vel intranei eodem modo scribaat. Sunt enim, teste Huberto, qui Phrysios & Phrysiam scribunt, sunt qui scribunt Phrisios & Phrisiam, imitati nimirum Ptolemæum & ceteros Græcos qui *φρυγίους* vocant; sunt his confines, qui Phrisones & Phrisoniam proferunt, & interdum etiam Frisones & Frisoniam scribunt, inter Græcos & Latinos medii, analogiâ ductâ à primo gentis conditore, quem sive Phrisonem, sive Frisonem dixeris, nihil à recto aberraveris: utroque enim modo scriptus apud veteres reperitur. Sunt qui Frisios & Frisiam proferunt, sicuti Plinius ac Tacitus & ceteri veteres Latini, & qui hosce secuti sunt, quorum

numerus est sanè maximus; quod Latini ph pro f non utantur, si nomina græcæ originis non esse sciant, ut infra patebit. Sunt denique qui Fresos & Fresios, & Fresiones & Fresiam scribunt, ut videre est apud Saxonem Grammaticum, Albertum Stadensem, & nonnullos alios rerum Danicarum, Suevicarum, Gothicarum, Vandalicarum & Saxonicarum scriptores. Quæ cum ita sint, quo colore suam scripturam hic cæteris ad originem gentis indicandum magis congruam esse dicet Hubertus Thomas; Imò verò quando in hæc literarum ac syllabarum aucupia nos conjecit, audiat ille quomodo nos probemus illius scripturam omnium longissimè abesse ab eo, quod intendit, ut intelligatur illos solos ineptos esse, qui, ipso approbante, Phrysios & Phrysiam scribunt: Illos verò ad originem gentis indicandam proximè accedere, qui Fresos, Fresios, Fresiones & Fresiam scribunt; reliquos in medio omnes longo usu auctore excusari in scriptura sua posse. Nam sanè cum nomen ipsum

sum patriæ nostræ utcunque scri-
batur, tribus modò constet sylla-
bis, & harum prima duntaxat con-
troverſa sit, de consonantibus
quibus ea construenda sit exilis esse
contentio: si ve enim per ph, si-
ve per f scribatur, eodem reci-
dit; cum ratio altera Græcorum,
altera Latinorum usu sustentetur.
Vocales hic in disceprationem
tres veniunt y, i, e, de quarum
prærogativa in hujusce syllabæ stru-
ctura litigatur. Quod igitur ad y
attinet, qua ratione id hic tole-
rari possit, cum nec à Græcis,
nec à Latinis recipiatur, & ad
solam Phrygiæ memoriæ sugge-
rendam irrepſerit, cum qua Frisia
nihil habet commune, sic ut qui
Phryſios & Phryſiam scribunt,
manifestè ab orthographiâ verâ de-
clinant. I verò, quam & Græci
& Latini agnoscunt, maximè su-
ſtentat usus communis, ut Frisios
& Frisiam, nec non & Phriſo-
nes & Phrisiam promiscuè sine
reprehensione scribamus. E au-
tem sicuti antiquitas commendat,
ita genuinæ Etymologiæ verissima
ratio flagitat; ut qui Fresos, &

cap. 6.
lib. 3.

In orat
Satur de
gente Fri-
sic.

Fresiones, & Fresones, & Fre-
sum scribant, gentis originem
scriptura sua proximè incident,
ut infra clarius apparebit. Qua-
re ridicula illa prosonomasia, quæ
Phrysi & Frygii iidem ab Huber-
to Thoma arguuntur, non aliunde
pendet, quin ex Gallorum inep-
ta pronunciatione, sicut & ami-
cus noster Boetius Epo, elegan-
ter admonuit. Ne quid autem
scientes omisi se videamur, adde-
mus hic opinionem Wolfgangi
Lazii, qui itidem ex Phrygibus,
sed alia ratione Frisios deducit:
Qui de migrationibus gentium
lib. 3. Quare (inquit) nec mihi
displicet conjectura illa J. Aven-
tini, & Phrygas Asiaticos Teu-
tonas fuisse lingua, à libertate
sic nominatos, die Phrypen / qui
postea ab eadem libertate de-
pravata pronunciatione die
Friant / addita aspiratione in fi-
ne die Friantyn / hoc est, Fran-
ci appellati sunt; unde & Fri-
sios descendisse, ab eademque
libertate cognominatos, muta-
ta secundum locorum diversita-
tem pronunciatione existimo.
Hæc

Hæc ille. Quæ cum nec ratione, nec testimoniis, sed solis conjecturis nitantur, nos his tantum deferimus, quantum illis superioribus ab Huberto Thoma prolatis, quæ veris actorum nostrorum codicillis confutantur, quæ nos à primo nostræ gentis conditore nomen accepisse docent: qui cum Freso dictus ipse sit, provinciam quam occupavit Frisiam, & posteros suos Fresones de nomine suo dixit; quos & scriptores etiam veteres ita appellare solent. Et quanquam interdum Fresos, Fresios & Fresones proferant, vocalem e tamen in primâ nominis syllabâ retinent, quæ utique nullam arguendæ libertatis ansam præbent. At cum succedens ætas in hac syllaba e in i mutaverit, & Frisonem scripserit, indeque consequenter Frisiam, & Frisones, & Frisones, & Frisios protulerit, quæro, si manente eadem nominis origine eadem etymologia manet, unde Lazius libertatem potius Frisiis arguit, quàm Fresiis; cum iidem, qui dum Fresii, nunc Frisii appellantur;

L. 5

tur;

tur; Deinde cùm nominum popularium significationes cuique genti non ex peregrinæ, sed ex indigenæ linguæ etymologia reddendæ sint, patria nostra sive Friesia, sive Erisia Latinis diceretur, tamen semper indigenis *Frieslandt* appellata fuit: quod nomen incolis designandis aptatum simpliciter significat terram Frisorum; qui & ipsi nomen suum à primo gentis conditore obtinent. Itaque Lazius si ad qualemcunque Latini sermonis etymologiam respicit, quo modo ex Friesia libertatis Frisonicæ significationem ullam colligeret; Si ad etymologiam linguæ Frisonicæ respicit, cur ex *Frieslandt* non frigoris potius, quàm libertatis significationem colligit cùm *Friesen* communi Germanica lingua gelare significet; ut supra diximus cap. 4. ubi opinionem hanc refutavimus. Sed Lazius huius temeritatis suæ mereatur veniam, qui Frisorum veram originem falsa etymologia fortè imprudens obscuravit, utpote qui Frisonicæ libertatis originem ac rationem ignorat. Sed in eo, quo

Frane

Francos à Phrygibus occasione li-
 bertatis, quàm ex Phrygum no-
 mine arbitrio suo transformato
 eruit, quis Demosthenes, aut
 Cicero eum defendat proditæ ve-
 ritatis? qui non ignorat Phryges,
 à conditore suo Phryge, quem-
 admodum & Trojanos à Troe,
 & Ilienses ab Ilo, & Dardanios à
 Dardano dici; ex quorum nomi-
 num etymologiis Germanicam sig-
 nificationem velle eruere æque ab-
 surdum sit ac dicere Phryges Asia-
 ticos lingua Germanica fuisse usos;
 quanquam & hoc aliqui scribere
 non erubuerint contra veritatem
 utique sanis omnibus manifestam.
 Sed has nugas congerronibus Bec-
 keselanis relinquamus, nos insti-
 tutum nostrum prosequamur. Re-
 stabat una adhuc opinio de origi-
 ne Frisorum, quam proponit
 Ienco à Douma, vir nobilis apud
 nos, & sua ætate magnæ authori-
 tatis, qui asserit se in juventute
 sua olim vidisse librum quendam,
 in quo Frisorum origo atcesseba-
 tur à Medis, ut & Saxonum à
 Persis: sed cùm neque libri istius
 auctorem nominaverit, neque

L. c.

asser-

asserti testimonium ullum produxerit, putamus virum bonum esse memoria lapsum, & idem fortè sentire, quod uos capite proximo asseruimus. Proclivem enim illi memoriæ lapsum fuisse consentaneum est, non modò ex ipsa historiarum vicinitate, sed etiam ex longitudine temporis, ex quo librum istum non viderit, præsertim cùm te omni librorum necessaria suppellectile destitutum fuisse conqueratur. Hoc mihi hinc admonendum duxi nostratum gratiâ, ne quis putaret me senconem vel ignorasse, vel dissimulasse, vel etiam indignè traduxisse.

CAP. XXI.

Opinio Quinta de Origine Frisiorum, quam ut suo iudicio veram author solam tuetur.

Sic igitur supradictis opinionibus ordine confutatis, hoc nobis jam breviter & perspicuè agendum restat, ut lectori constet, quid nos probemus, cùm hæctenus declaraverimus, quid
im-

improbemus; sic tamen ut insequentibus, quemadmodum & præcedentibus unicuique suum iudicium liberum relicturi, & veriora proferentibus lampadem libenter tradituri simus: nec enim dubitamus, quin lector singulari desiderio teneatur cognoscendi, quid tandem ceu verum & solidum tenendum sit.

Accepimus igitur Fresonem gentis nostræ conditorem unâ cum duobus fratribus Saxone & Brunone oriundos ex Indiæ quadam provincia, cui nomen fuit Benedicta Fresia, & post militiam Alexandro Magno aliquandiu præstitam, cum eo mortuo in præsidiis, ubi collocati erant, Ducibus inter se de Regni partitione digladiantibus, subsistere non auderent, navibus arreptis & impleris quas poterant, trajecto mari venisse in hanc terram, & eam de patriæ suæ nomine appellasse Fresiam, quam & fratribus suis tandem dimissis, sibi suisque posteris incolendam reservavit, reliquam historiam, quæ huc pertinet, infra plenius exequemur;

Frisonum
originem
ex Indis
esse.

L 7

hic

hic enim alioqui plus quàm fati-
jam dictum fuerit, nisi in ipso
hujus narrationis exordio prius il-
lis occurramus, qui suo præjudi-
cio assertioni huic nostræ pondus
adimere conati sunt.

F I N I S.



DE
ANTQUITATE
ET
ORIGINE
FRISIORUM
LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

*In Historiis cum iudicio versandum
esse, nec aliorum præjudiciis te-
merè credendum, veritati sem-
per insistendum esse.*

Albertus enim Crantzius
Saxonum historicus in
causa conjuncta adversus
nos præjudicium tulit, dum de
Saxonum Archego Saxone, quasi
fabulam & plusquam anile deli-
ramentum exhibilavit, id quod
nos hic de Frisone Frisorum
Principe, ut veram historiam pro-
ponimus. Itaque cum nos Saxo-
nem Frisonis fratrem fuisse, &
una

Occasio
 eur au-
 thori
 contra
 Cran-
 tziū
 disputan-
 dum sit.
 Falsa
 prius
 confuran-
 da, quam
 confir-
 manda
 vera.

unā cum eo in exercitu sub Ale-
 xandro Magno militasse, & eo
 defuncto simul huc venisse assera-
 mus; & Albertus Crantzius id
 factum neget; videt candidus le-
 ctor nobis hanc impositam esse
 necessitatem, ut prius illius sen-
 tentiam vivis ac solidis argumen-
 tis confutemus, antequam ad pro-
 bandam nostram procedamus. Ac
 profiteor equidem me invitum ad-
 modum in hanc arenam protrudi,
 cum odiosum videri possit opinio-
 nem hanc Crantziū convellere,
 plurium scriptorum suffragiis
 Crantzio astipulantibus jam con-
 firmatum, & multarum natio-
 num tacito consensu receptam,
 & Frisiorum silentio tam diutur-
 no comprobata. Interim verò
 cum veritas in historiis præcipue
 spectanda sit, neque Crantzio pro-
 desse, neque nobis obesse debet
 silentium nostrum, cum veritas
 temporis longitudine non præ-
 scribatur: Nam quod Crantzio
 ex nostratibus nemo hætenus re-
 sponderit, non rationum, sed
 scriptorum penuria fecit: cum
 nullus nostratium historicorum
 hæ-

hactenus, quod equidem sciam, in lucem prodierit, præter Cornelium Kempium, cui tamen per occupationes contra Crantzius velitari non licuit. Crantzius autem longè melius existimationi suæ consulisset, si hanc opinionem de Saxone, vel cum Frisiis recepisset, vel certè eadem modestia rejecisset, qua cæteras, quas non probat: Sed cùm videret Saxones æquè advenas repertum iri atque Frisios, si eos cum illis ex eadem origine pendere concederet, hanc opinionem præjudicio suo retundendam judicavit. Huic Crantzio accidit, quod & quibusdam aliis, qui affectibus obcæcati, pro veritate, quam promittunt lectori sua commenta obtrudunt. Fuit patrum nostrorum, & est hac etiam nostra ætate genus hominum, qui Cornelio Tacito credunt generaliter asserenti Germanos esse indigenas, & proinde quasi fabulatores rejiciunt eos omnes, qui nationem ullam aliunde in Germaniam adducunt. Assertionis hujusce suæ causam velut ex eventu reddunt, qua se-

rum

Qui fabularum nomine majorum suorum monumenta nimis tragice exagitant ipsi plerumque veritatis titulo nobis figmenta sua obtrudunt.

Rerum veritas, non scribentium auctoritas in historiis spectanda.

rum fuisse dicunt inter Germanos literarum usum, & ideoque primos istos rerum Germanicarum scriptores majorum suorum originis fabulis plerumque condidisse, eum præscriptum nullum haberent, quo coargui possent. Atqui horum censorum plerosque ego notam ad veteres fabulas convellendas, quam ad condendas novas proficere deprehendo: Nam quod consilium huic instituto magis idoneum excogitare possis, quam ut luxanda alterius fide tuam stabilias? Quod si inter veteres aliqui reperiuntur fabulosi, an igitur inter recentes inveniuntur nulli? Si autem utrobique & boni sunt & mali, utrobique nimirum delectus adhibendus est, ut nec rejiciatur aliquid temerè, nec recipiatur; Sed tantum fidei quique obtineat, quantum argumentorum soliditate meretur. Cum igitur non scriptorum auctoritate, sed ipsa rerum veritate sit ponderanda fides in historiis, nemo Cranzii præjudicio moveri debet, qui non probat id quod dicit: Nec enim sufficit magnis conviciis & cachinnis veluti

sa-

fabulas exagitare, nisi dictis suis præsto sit legitima ratio. Veteres quasi fabulosum rejecerunt quod de Antipodibus ferebatur, & quod de temperie quinque Zonarum jactabatur velut oraculum sunt amplexi; Atqui nostræ memoriæ præsens experientia rem veram in Antipodibus, & fabulam in Zonis esse deprehendit. Itaque evenit non raro tum in his & horum similibus, tum etiam in gentium migrationibus, quæ multiplices & crebræ olim factæ sunt, ut ex affectu scribentium vera pro falsis rejiciantur, & pro veris falsa defendantur. Ideoque & Crantzius, tametsi in archivis nostris legerit, aut legere certè potuerit, atque etiam debuerit, historiam Frisonis ac Saxonis ante memoriam suam plus quàm mille octingentis annis integris consignatam fuisse, tamen eam quasi fabulam despuit, & Tacito nititur asserente, Germanos esse indigenas: cùm ex iisdem archivis nostris pateat Frisonem & Saxonem quadringentis amplius annis ante ætatem Taciti aliunde huc advectos esse. Adver-

Crantzius consulto dissimulat originem Frisonum.

fas

Author
non odio
Crantzii,
sed amo-
re verita-
tis hanc
contro-
versiam
illi mo-
vet.

sus hunc igitur si in conjuncta cau-
sa majorum nostrorum traditio-
nem non defendero, veritatem
utique silentio meo prodidero;
si tuear, quis falsitatem detegen-
ti jure indignari queat? Nec enim
dicere verè quisquam poterat, nos
vel in Crantzium iniquos esse, si
in communi causa archivis nostris
fidem asserimus, quam ille detra-
xit suis; præsertim cùm nos con-
troversiam hic illi nullam move-
amus, nisi quæ ad originem gen-
tis pertinet: neque etiam quisquam
dixerit, nos in Saxones esse con-
tumeliosos, si eos ejusdem origi-
nis paticipes faciamus, quam no-
bis gloriosam ducimus. Imò verò
bene de ipsis merebimur, si quæ
Crantzius obscuravit illustremus,
quæ suppressit eruamus, quæ ex-
plois restituamus, ad laudem &
gloriam Saxonice gentis; cui quan-
tum nos tribuamus cùm toto ope-
re hoc nostro, tum infra lib. 3.
cap. 5. patet. Nos certè veritati
semper & ubique insistemus:
Quæ cùm historię fundamentum
sit, nullius quantumvis magni scri-
ptoris auctoritati postponi debet.

C A P.

CAP. II.

Crantzii rationes esse ineptas ac fictiles, quibus declarare nititur fabulam esse de reliquis Macedonicis exercitus.

Recto autem ordine Crantzius procedit, ut prius quidem eorum opiniones confuteret, quos de Saxonum origine perperam sentire asserit, ut deinde suam stabiliat, quam pro vera posteritati commendat, in neutro tamen legitimè versatur, sed in utroque lectori tucum facit. Recitat autem ille diversas de Saxonum origine jactatas opiniones decem, quarum cum ipse nullam prober, nullam tamen legitimè confutat; in una interim convellenda plurimum operæ collocat, quo doceat Saxones ex Macedonico exercitu non pendere: quod ideo nimirum facit, ut præjudicio suo Frisiis in conjuncta causa frenum injiciat, ut patet diversis locis ^h. Nostra autem nihil

^a In pro-
cemio Sa-
xoniar.
Opinio-
nes apud
Crantzi-
um de
origine
Saxonum
Crantzi-
i propo-
situm &
consi-
lium.
^h In pro-
cem. lib.
2. cap. 27
Saxon.

refert quàm solidè opiniones reli-
 quas confutaverit, quas & nos
 etiam ipso tacente falsas esse ul-
 tro credimus; cùm plus una non
 possit esse vera. Illud ad nos per-
 tinet, quod unam, de qua su-
 pra diximus, illam efficaciter non
 confutaverit, nec docuerit quod
 intendit; fabulosum scilicet esse
 commentum, quo dicitur: Sa-
 xones esse reliquias Macedonici
 exercitu. Quinque enim argu-
 mentis id probare voluit, quæ
 nos hic ordine proponemus, &
 singulatim confutabimus.

Contro-
 versia in-
 ter autho-
 rem &
 Crantzi-
 um car-
 do, &
 quinque
 capita.

1.

6 cap. 5.

Rb. 1.

Itaque illud, quod primo loco ex
 autoritate Cornelii Taciti velut
 oraculum non uno, sed pluribus
 locis inculcat, Germanos indige-
 nas esse, plusquam ridiculum esse ex
 iis apparet, quæ supra contra Ta-
 citum diximus 6. Nec enim illud
 Crantzio prodest, quod alia sig-
 nificatione indigenas & advenas
 accipiat, quàm Tacitus: nos enim
 id contendimus, Saxones ea ipsa
 significatione, qua ille intelligit,
 advenas esse, post occupatam à
 primis Germanis hanc provinciam
 Saxones aliunde supervenisse. Hoc
 au-

autem falsum esse Crantzius præ-
 senti argumento non convincit,
 quod non nisi sola autoritate Ta-
 citi nititur, quam nos hic nullam
 esse declaravimus. Nec enim ul-
 lius scriptoris autoritas digna vi-
 deri debet, ut sola controversiam
 finiat, præsertim si rationes in
 contrarium suppetant, quibus au-
 thoritas eleveretur, quod hic usu
 venire infra patebit. ^{a in Pre-} Secundum ^{æmio Sa-}
 argumentum ex eadem pharetra ^{xon.}
 est, quod ad verbum ex Cran-
 tizio hic subjiciemus: „Sed hujus
 „(inquit) fabellæ fictores ignorant
 „Ducēs Alexandri Magni post ejus
 „exitum in se versos, omnibus
 „indiguissē copiis militum, quas
 „ille reliquit: nam totis incubue-
 „re viribus pro se quisque terras
 „occupare. Atqui Crantzi, dum
 Ptolemæus Egyptum; Antipater
 Græciam; Seleucus Antiochiam
 pariter & Syriam & Babyloniam;
 Cassander Lyciam & Pamphi-
 liam; Antigonus majorem Phry-
 giam; alii alias provincias asse-
 ctarent, quis milites per Alexan-
 dri mortem sacramento militiæ
 solutos signis suis invitos subjec-
 re

re potuit? Aut quis unus præce-
 teris eos faciliè sibi ascisceret, qui
 ad montes Æmodios Indis præ-
 sidio servandis impositi erant? Imò
 verò quis illis satis tutum fuisse
 putat illic tantisper commorari,
 donec alterutrum istorum fieret,
 ob incolarum rebellantium me-
 tum? Subjicit loco tertio Cran-
 tzius: Et inscitia est (inquit) di-
 cere milites timuisse ab Orien-
 talibus opprimi, qui tanto jam
 tempore erant sub jugo, ut sibi
 timerent, non timerentur. Di-
 ceres aliquid Crantzi, si Ale-
 xander superstes esset, cujus me-
 tu in officio gentes conservari po-
 tuissent. Nunc vero cum ipsius
 mors sic reverentiam omnem ab-
 sterferit, ut iidem qui dudum con-
 cordes fuerant, nunc inter se de
 certis Regni partibus sibi vendican-
 dis contenderent, quis miretur
 gentes præsertim longius remotas,
 & quæ nulli istorum Ducum pri-
 vatim fidelitatem juravissent,
 arrepta hac occasione concepisse
 spem recuperandæ libertatis? &
 proinde removendis præsidiis mox
 toto pectore incubuisse? Quod

& factum esse, sicut alii nonnul-
 li ita etiam Abbas U. spergensis te-
 statur. Pauli Orozii verbis, ex
 lib. 3. cap. 23. petitis, cuius testi-
 monium hic ad verbum fidei er-
 go proponemus. Seleucus quo-
 que (inquit) ex Asia maiore di-
 scedens, novus Antigono hostis
 accessit. Hic itaque Seleucus
 plurima per Orientem inter so-
 cios regni Macedonici bella ges-
 sit. Principio Babyloniam ex-
 pugnavit: Bactrianos novis
 motibus assurgentes perdomuit:
 transitum deinde in Indiam fe-
 cit, quæ post mortem Alexan-
 dri, velut detracto excusloque
 cervicibus iugo, præfectos ejus
 occiderat. Supplicat quarto loco
 Crantzius: Et est (inquit) Ba-
 bylon, in qua Alexander occu-
 buit, longe à mari submota,
 ut non sit verisimile inde profe-
 ctos milites maritimo itinere
 abuisse. Respondemus nihil esse
 cui suspicemur, Saxones Alexan-
 dro moriente Babylone fuisse,
 ut tantum iter terra emetiri de-
 buerint, ut ad mare Caspium per-
 venirent, quos ad montes Armo-
 dios

é

Mare
congelatum
quo modo in-
telligendum
citra fabulam
Montes
Riphaei
fabulosi.

dios præsidium tenuisse scribunt, ubi collocatos tunc esse putant, cum debellato Persarum Rege Dario adversus Porum Indorum Regem Alexander tenderet: Hi enim à mari Caspio non longe aberant. Addit Crantzius: Nec usquam lectum aut compertum est, à mari Caspio ad occidentales, præsertim mundi partes ullam fuisse navigationem, obstante mari congelato post Riphæos montes, qui longe procurrunt in Boream. Non est hic longis ambagibus utendum, cum experientia magistra satis jam compertum sit, nullam omnino Oceani plagam navigantibus esse inviam; & proinde meras esse nugas, quæ de mari congelato dicit Crantzius, qui non alio fundamento nititur, quam imperitiâ veterum, qui similia multa de quinque mundi Zonis per conjecturas fabulati sunt, quæ nunc res ipsa refellit; sicut & illud quod hic ex veterum phantasmate Crantzius dicit de montibus Riphæis, quos immani quadam altitudine esse, & longè in Boream procurrere putat. In eo saltem,

tem, quod hic de mari congelato dicit, errorem Taciti non stabilire, sed discutere debuerat, homo in Saxonia natus, qui sciret non ex eo mare dici congelatum, quod semper & in totum, sed quod hyberno tempore, & in confinio littoris aliquò usque glacio obducatur. Hoc enim nos non modò ex nautis & mercatoribus iis discimus, qui mercimoniorum gratia mare illud navigant, sed & ipsi coram videmus, qui Cimbri- cum Oceanum accolimus, cum etiam intra Hollandiam & Frisiam mare, quod Australe dicitur, & istius Oceani brachium est, interdum gelu concreseat; Hoc autem neque semper fit, neque in perpetuum durat, sed elapsa hyeme, glacies resolvitur. Idem etiam fit in isto mari; quod congelatum dicitur: Ideoque nautæ ac mercatores nostri, qui Orientem versus illud mare sulcant, statim temporibus hyeme domo exeunt, & finita æstate revertuntur, nec impedimentum ex glacie ullam sentiunt. Hoc igitur Cranzius dissimulat, ut imperitis per-

suadeat, mare congelatum, teste Tacito, obstetisse, quò minus Macedonici exercitus reliquæ in Germaniam appellerent; quod eo magis mirandum est, quod Saxo Grammaticus, quem Crantzius utique non ignoravit, author sit, Reges quosdam Daniæ Byzantium usque piraticam exercuisse: idemque etiam alii tradant factum esse a Francis. Prosequitur quinto & ultimo loco Crantzius, & fabulam, ut vocat, ratione temporis arguit esse falsam: In quo quantum ipse fallatur, infra commodius declarabitur capite proximo. Hæc igitur cum ita sint, Crantzius supra positi suis argumentis nequaquam convincit errare nos, qui Saxones deducimus ab exercitu Macedonico, & proinde advenas esse decimus.

CAP.

CAP. III.

Inepta Quoque Esse Argumenta
Cranzii, quibus colligit Saxones
esse indigenas, & de tribus di-
versis sedibus quas Saxones in
Germania occupasse memoran-
tur.

F Rivola igitur ac futillia esse ea
 argumenta Cranzii, quibus
 negativam partem tueri vult, dum
 asserit, Saxones non esse adve-
 nas, ex his, quæ supra dicta sunt,
 luce clarius apparet. Age nunc
 trutinemus & illa, quibus af-
 firmativam tueri nititur, dum
 contendit eos esse indigenas.
 Quamquam enim verbis profitea-
 tur, se lectori liberum relinque-
 re, ut sentiat, quod velit; ipse
 tamen opinionem suam, quam
 animo concepit, pertinaciter ur-
 get, ac toto opere inculcat, &
 contendit, Saxones eosdem esse,
 quos Cornelius Tacitus appellat
 Catros, non alio consilio, quam
 ut declararet eos esse indigenas:
 Has enim sedes, quas Tacitus

M 3

Cat-

Cattis assignavit, Saxonum pri-
mas & antiquissimas esse asserit.
Cujus quidem asserendi gratia,
tempora temporibus, personas
personis, acta actis, & loca de-
nique locis permiscet, omniaque
inter se mirum in modum con-
fundit. Quibus nos proinde sin-
gulis singulatim insistemus, quò
evidentius lectori ostendamus,
quantum aberraturi sint à verita-
te in hisce antiquitatibus, quæ
Crantzium sectantur duces.

Quos se-
des in
Germa-
nia Saxo-
nes ha-
buerint.

Gen-
tium se-
des trifa-
riam esti-
mari.

Primum igitur, quia de anti-
quissima Saxonum sede disputatio
maximè suscipitur, operæ præ-
mium erit hic lectori initio indi-
care, quot sedes in Germania
Saxones habuerint. His enim re-
ctè discretis facillimum erit ratio-
ne circumstantiarum eruere verita-
tem. Hoc autem quò certius &
expeditius faciamus, consideran-
dum est, gentium sedes trifariam
estimari; prima scilicet occupa-
tione, jurisdictionis prorogatio-
ne, & quacunque in corpus di-
scriptione. Primam enim occupa-
tionem hic dicimus primum in-
gressum in sedem suam, quam
pi-

primo adventu quæque gens accepit, cum foris & aliunde adveniret, cum nulla gens hic in terris indigena sit. Jurisdictionis prorogationem appellamus, qua gens fines suos amplificat, & antiquæ sedi suæ recentes addit; quod vel bello, vel pacto, vel connubiis, vel coloniis deducendis, & aliis multis modis fieri solet. Quamcunque in corpus descriptionem appellamus, qua amplioribus populis interdum tenuiores firmitatis causa aggregantur: Quemadmodum Carolus Magnus in descriptione Episcopatum fecit, qua Saxoniarum fines multum dilatavit, aggregatis huic finitimis nationibus, quæ antea Saxonica non erant.

Nobis igitur in præsentī controversia non nisi de prima occupatione contentio est, nec enim querimus, quantum Saxones in Germania quocunque modo profecerint, sed quam sedem occupaverint, cum primum in Germaniam appellerent.

Sanè verò Saxones (ut fere ^{Saxo-}num ^{trig} convenit inter eruditos hujus gen- ^{sedes} ^{tis.}

tis, quorum ductum veritatis
 eruendæ gratia hic (sequimur) tres
 sedes notabili temporum ac loco-
 rum intercapedine discretas obti-
 nuerunt. Harum prima est ad lit-
 tus Oceani Germanici circa Ha-
 deleriam, supra Cimbrorum dor-
 sa, hoc est, prope Iutiam in Hol-
 satia, quam paulatim ampliatam
 Nordelbingiæ nomine scriptores
 comprehendunt; ideo quod ad
 Septentrionem Albis fluvii sita
 sit, quam & incoluisse dicuntur
 usque ad devictum à Francis Er-
 minfridum Thuringorum Regem,
 quem plerique constituunt ad an-
 num Christi 524.

Prima
 sedes Sa-
 xonum.

Secunda
 sedes Sa-
 xonum.

Secundam Saxonum sedem con-
 stituunt in Vespalia, & conjun-
 ctis locis, quos dehinc occupa-
 rint, transmissio Albi, in qua per-
 manserint usque ad Carolum Mag-
 num annis fere recentis.

Tertia
 sedes Sa-
 xonum.

Tertiam Saxonum sedem po-
 nunt trans Vesperam in terra Brun-
 suicensi, Magdeburgensi, Hal-
 berstadeni, & si qua alia his con-
 nexa est, quas nunc tenent; Nam
 cum Carolus Magnus eos bello
 fatigaret, multos ajunt ultra Vi-
 sur-

furgim ex Vesvalia profugisse, & fixis ibi sedibus Osvalos dictos esse, quod ad Orientem fluminis istius agerent, ut & illos Vesvalos, quod ad Occidentem remanserint.

Primam igitur istam sedem antiquitatis ignorantia obscuravit; cujus occasione Crantzius eam controversam fecit, ut lector plenius apud ipsum videre potest; ^{de Saxon.} ^{lib. v.} ^{cap. 27.} duabus istis posterioribus nemo fere dubitat. Ideoque in controversia de antiquissima Saxonum sede, quam prima occupatione acceperint, nulla istius primæ habita ratione, inter posteriores hæc duas eam, quæ prior est, antiquam Saxoniam plerique vocant; adeo quidem, ut Ernestus Brotuff scripserit, in Vesvalia Regni Saxonici sedem olim sterisse, ut eum refert Petrus Albinus. Sed quantum in eo erratum sit, infra patebit. Erroris autem hujus causæ potissimum duæ sunt. Prior est ignorantia vetustatis: quod scilicet paucis constet, etiam Saxonibus fuisse sedem duabus his antiquiorem, cum in præsentem non

M 5

Saxon

Saxon. „ Saxones eam incolant, sed Obo-
lib. 2. triti, attestante Crantzio his ver-
cap. 19. bis: Annus erat (inquit) quar-
 tus Imperii, itemque post octin-
 gentos à Christo cùm omni jam
 Saxonia quiescente soli trans Al-
 bini (nunc Holsati) motus
 continuarunt: Quorum rerum
 pertoesus Imp. misit exercitum,
 qui omnes trans Albim habi-
 tantes duxit in Franciam, &
 pagos trans Albinos dedit Obo-
 tritis.

„ Hæc est illa Germanicæ na-
 tionis origo per rura Galliarum
 disseminata: Inde sunt Braban-
 tini, inde Flandrenses in solo
 Gallico manentes origine Ger-
 manica. Altera causa est, quod
 ad memoriam originis conservan-
 dam nomen antiquæ Saxonie
 tribuatur Westphalia, non modò
 ut ex hac profecti intelligantur
 Westphali; sed multò magis ut
 Westphalis occurratur, qui se Saxo-
 nes hodie dici non pariuntur.
 Quod & ipsum quoque testatur

Saxon. „ ipse Crantzius his verbis: *lib. 2.*
cap. 2. „ se verò Hispanico bello peracto,
 iterum copias trajecit in Saxo-
 niæ

21 niam per Rhenum & Lupiam
 22 amnes, totam, quæ nunc est
 23 Vestphalia, pervagatus, rebelles
 24 sub egrâ fugavitque contumaces,
 25 ut Visurgi, nunc Vesper, trans
 26 misso, sedes ibi facerent inter
 27 Vandalos, antiquis pulsus habi-
 28 toribus: ex quo tempore cepra
 29 est habitari à Saxonibus pro-
 30 vincia trans Visurgim (quæ nunc
 31 est terra Brunsvicensis cum con-
 32 terminis) ut fieret exinde discreti-
 33 men Saxonum Orientalium & Oc-
 34 ciduorum, qui ultra & circa Vi-
 35 surgim habitant: unde est etiam
 36 nata illa distinctio in una natione
 37 Oestphalorum, qui circa Visur-
 38 gim incolunt. Nam Saxonum
 39 Principes pro insigni armorum
 40 in militaribus signis pullum
 41 equinum habuerunt, atrum an-
 42 te Baptismum, post vero can-
 43 didum. Inde Oestphali & Vesp-
 44 phali: Nam equinum pullum
 45 Saxones sua lingua dixere Va-
 46 len. Hoc autem nomen in Orien-
 47 talibus evanuit, & permansit
 48 appellatio generalis Saxonæ,
 49 quod terra illa novis principibus
 50 sæpe paruit: Nam à temporibus

M 6

33 Hlen

„Henrici Leonis ducatus est or-
 „tus Brunsvicensis; postea & ille
 „scissus in aliquot principatus,
 „quod suo tempore commemo-
 „rabimus. In occidua verò pro-
 „vincia mansit appellato Vestpha-
 „lorum, hoc est, Occiduorum,
 „qui equinum pullum prætule-
 „runt. Eò tamen deventum est, ut
 „ea gens jam se Saxoniam ap-
 „pellari non patiat, probro du-
 „cens, si quis ex Vestphalis ho-
 „minem appellare contendat
 „Saxonem. Hoc autem superbiæ
 „genus unde processerit, non sa-
 „tis intelligo; præsertim cum re-
 „bus gestis ita claruerint Orien-
 „tales Saxones, ut Imperatoriam
 „dignitatem, quam meruerunt;
 „diutissimè in sua domo foven-
 „tes habuerint, & fortissimis
 „semper viris pares, si non su-
 „periores extiterint.

Hic ita distinctis, intelligi non
 difficulter potest in præsentì con-
 troversia, quid peculiaris Cran-
 tzi, quid plerorumque Saxonum
 communis error sustineat, quid
 veritas ipsa dicat de antiquis-
 sima Saxonum sede: Crantzius
 enim

enim Vesvalos Saxonum parentes constituit; Saxones communiter Vesvalos Saxonum filios asserunt; veritas ipsa docet Saxones in Vestphalia nullas unquam habuisse sedes: Ideoque Vesvalos neque parentes esse Saxonum, neque filios.

Hi ergo errores unde nati sint, Deo favente, dilucidè declarabimus. Quod quia citra cujusquam contumeliam facturi sumus, hanc nobis gratiam à benigno lectore præstari cupimus, ut patienti animo, quæ adferemus, accipiat, & ubi acceperit, tum demum judicet, & quod sibi legitimè probatum esse senserit, sepositis affectibus, candidè retineat.

Primum enim cum Crantzius Vestphalos superbix arguit, eò quod se Saxones dici non patiantur, quos ipse Saxonum antiquissimos esse contendit, ordo postulat, ut errare Crantizium declaremus: Planè enim arbitramur non superbix, sed ingenuitati Vesvalorum hoc esse tribuendum, quod Saxones, quos parères genuinos non agnoscunt, filios supposititios habere nolint.

M 7

Totius

LIBROS
DEL DR.
AL MARCO

Gran-
eziane
disputa-
tionis
scopus.

Torius autem disputationis ba-
sis Crantzio hæc est, ut doceat
Vesvaliam primam & antiquissi-
mam Saxonum esse sedem; quo
persuaso inferat Saxones in Ger-
mania esse indigenas. Quod pro-
inde ut obtineat, omnibus modis
obscurare ac tollere nititur noti-
tiam sedis istius Holfatianæ: an-
sam verò huius assertionis suæ ar-
ripuit ex Alberto Stadenfi porissi-
mum, dum veluti fabulosum ar-
guit scriptum ejus de adventu Sa-
xonum, cùm is primo eorum ad-
ventui tempus assignaverit, quod
debeatur secundo. Alberti verba,
ut conspici possint, hic subjiciam.

a Ad an-
num 917.
vbi Saxo-
num ori-
ginem re-
fert in
Henrico
Aucupe.

Tempore (inquit a) quo Thia-
dricus Rex Francorum contra Hir-
minfridum Ducem Thuringorum
dimicabat, Saxones studio & ne-
cessitate quærendarum sedium Ger-
maniae littoribus sunt appulsi, in
loco Hathuloga, qui nunc vrbani-
us dicitur Harthelera. Hæc ille.

In quibus octingentorum viginti
quatuor annorum lapsum fecit,
qui à prima Saxonum sede ad se-
cundam, quam in Vesvalia con-
stituit: colliguntur, ut infra de-

mon-

monstrabimus. Hoc igitur arripit Crantzius, fabulæ nomine exagitat.

Sed & fabella (inquit) de temporibus se confodit; nam illa commemorat in adventu primo Saxonum cunctigisse, quæ post natum Christum annis non minus quingentis facia docebimus, cum tempora Magni Alexandri, quæ assignant Saxonum adventui, pertingant ad annos quingentos ante natum Christum: Ajunt enim tum advenisse Saxones, cum Theodoricus Rex Franciæ Ermenfridum Thuringum persequeretur. Quod omnino trivolum est, & veri inane; nam diu ante ea tempora in sua provincia demorati sunt Saxones. Hæc ille; ut ego nunc tecum dubitem, magisne temeritatem Stadenfis hic admirari debeam, an insinceritatem Crantzii: nec enim video quid Albertum moverit, ut Saxones sub Ermenfrido in Germaniam appulisse scriberet, qui Videkindum Corbejensem, quem in aliis fideliter nobis refert, etiam hic sequi debuerit, qui inter primum

In præf. Saxon. Ex ratione temporis Crantzii arguit fabulosum esse adventum Saxonum.

Saxo-

Saxonum adventum ad Hadericam, & secundum in Thuringiam sub Ermentfrido factum, tempora notabiliter distinguit, & multa commemorat acta Saxonum. Bellum scilicet adversus Thuringos in principio adventus, accupationem portus, & mox foedus, & deinde emptionem terræ, tum rupto foedere bellum rursus & victoriam de Thuringis, ac pacem iterum, ac deinde expeditionem in Britanniam, ac tum demum bellum adversus Ermentfridum. Crantzium verò, qui utrunque & Albertum dico & Vitekindum vidit, quid movere potuit, eundem non video, nisi propositi sui pertinacia, ut dissimulato Vitekindo, penes quem præsentis historiæ veritas est, Albertum, qui ab ea deflexit, arripuerit confutandum. Nam si sincero animo, ac veritatis declarandæ studio Stadensem arguere voluisset, id quod ex officio facere tenebatur, admonere lectorem debuerat, errare eum hic in calculo temporum, & proinde hæc ejus verba candidè intelligi de primo Saxonum adventu

ventu oportere : Hoc enim vel solo Vitekindi testimonio docere poterat, scriptoris utique vetustioris, & à cuius authoritate ille temerè deflexisset.

Non igitur eo consilio Staden-
sem confutat Crantzius, ut di-
stinctis temporibus rei veritatem
eruat, sed ut his confusis, eam
obruat. Nam cùm hoc illi pro-
positum sit, ut lectori persuadeat,
Saxones in Vestphalia semper
fuisse, utpote quos illic indige-
nas videri vult, abutitur errore
Stadenfis ad institutum suum. Et
quia facilè convincit, Saxones non
eo tempore advenisse, quo ille
dicit, infert, fabulam esse confi-
ctam de adventu Saxonum, in
qua nihil veri, nihil solidi sit.

Utcunque autem Crantzius hoc
agat, ex incongruo tamen temporis
attributo facti defectum efficaciter
arguere non potuit : Nec enim
rectè sequitur, Saxones ad Hadele-
riam prorsus appulisse nunquam,
quod non appulerint eo tempore,
quo dicit Albertus Stadenfis. Alio-
qui enim simili consequentia inferri
posset, Alexandrum Magnum nun-
quam

Crantz-
ius non
distingue-
re, sed
confun-
dere tem-
pora ai-
titur.

quam fuisse, quod eo tempore non fuerit, quo dicit Albertus, Crantziius, qui eum pene ducentis annis hic iusto vetustiorē facit: Alexander enim vita defunctus est anno ante natum Christum. 321.

Mirari itaque candidus lector non immerito poterat Crantzium, si ita ipse in calculo temporum labitur, præsertim ita celebri, tam infestum ille Alberto Stadenſi in calculo obscuro; eò magis quod Stadenſis infelici ac barbaro ſaculo natus, librorum ſubſidy deſtitutus fuerit, qui Crantzi, affirmant, renatis iam literis, & reperta typographia; cùm paſſim jam extarent Eusebius, Orosius, & complures alii Chronologi, unde diſceret,

Crantzii
quadru-
plex con-
ſentio.

1.

2.

3.

4.

Itaque ergo ut perſuadeat Saxones eſſe indigenas, magno conatu demonſtrare nititur, Saxonibus ante Ermenfridum multa effluxiſſe ſacula, multos fuiſſe viros illuſtres, plurima eſſe geſta bella, & ſedem illis non aliam fuiſſe interim quàm Veſphaliā.

In quibus proinde quàm admirabilem

rabilem faciat temporum, personatum, rerum ac locorum confusione, veritatis ergo lectoris interest cognoscere. Ideoque nos id jam in singulis ordine dehinc demonstrabimus. Et quoniam temporum distinctio plurimum lucis adfert rebus rectè intelligendis, nos ad eam primò accedemus.

CAP. IV.

Crantzium tum Intraneis, tum extraneis historiographis destitutum fuisse, & idcirco non certa aliqua temporum designatione, sed conjecturis hyperbolicis uti ad comprobandum propositum suum.

CRantzius igitur in adstruenda Vestphalicæ sedis antiquitate singulari quodam consilio utitur, quod lectori diligenter considerandum est. Primum enim, cum alii scriptores ad fidem dictis suis conciliandam authores proponere soleant quàm maxime spectabiles, unde sua habeant, Crantzius contrarium facit, qui se tam intraneis quàm extraneis authoribus destitutum

Consilium Crantzii in assignanda Saxanum antiquitate.

tutum esse declarat, præter quam uno Saxone Grammatico Danorum historico. Deinde cum hic historicus rebus ab se commemoratis nusquam tempus assignet, Crantziius accepta hac occasione dat operam, ut res Danorum faciat quam antiquissimas, quod earum comparatione, etiam Saxonum antiquitas effulgeat, quas istis aut æquales, aut certe non multo recentiores esse collatio docet, cum Saxonum Rex quidam à quinto Danorum Rege trucidatus esse memoretur. Itaque tantum abest ut Saxonem ipsum temporibus assignatis usquam illustret, ut omnia etiam ultrò discutiat & removeat, quæ hanc antiquitatem, quam ille infinitam esse, & supra omnem hominum memoriam ascendere contendit, aliqua annorum certitudine definitam redditura sint, unde novitas rerum Danicaram deprehendi queat. Hoc propositum, & hoc consilium Crantzii esse, ex subjectis apparebit: Itaque primum nobis Crantziius declaret, se authoribus ad probanda sua esse destitutum.

Usque

Usque ad hæc tempora, (in-
 quita) ei ceter annos post natum
 Christum trecentos in Romana
 historia nullam comperio Saxonum
 mentionem sub eo vocabulo : sed
 (quod sæpe querimus) si Tacitus
 & Plinius loquerentur, (qui au-
 lacem, aut nulli extant) ex mon-
 tibus & fluminibus designatis fa-
 cile intilligeremus gentem Saxo-
 num, etiamsi aliis vocabulis in-
 scribere ut. Sed utamur concessis.
 Primus Eutropius, & eum sequen-
 tus Orosius, temporibus Diocle-
 tiani & Maximiani Imperatorum
 hanc gentem nominavit.

Romanos scriptores sibi ad pro-
 bandam Saxonum antiquitatem
 nihil adjuventi adferre austerit;
 age declaret idem jam etiam de
 Germanicis.

Hoc mihi loco interfandum pu-
 tavi, (inquit b) ne quis mire u-
 solas eas Saxonum res sermone per-
 stringi, quæ illis fuere cum Danis,
 nihil verò ex mediterraneis attingere.
 Sed & illud movebit fortè
 lectorem, in cunctis, quas memo-
 ravimus, controversis Danos sem-
 per Saxonum victores ostendi :
 quod

a Saxon.
 lib. 1. c.
 16. Cran-
 tzius de-
 clarat sibi
 idoneos
 authores
 defuisse
 ad pro-
 bandas
 Saxonum
 antiquita-
 tes.

b Saxon.
 lib. 1 ca. 7.

quod ex antiquitatibus tantæ ve-
 „tustatis nullus nobis, præter
 „unum Saxonem Sialandicum
 Daniæ illustratorem, author est,
 „& ideo rerum mediterranea-
 „rum, quas ille non attigit (quæ
 tamen non minores, etiam illu-
 „striores putari possint) nulla no-
 „bis memoria est: nec in ea par-
 „te habent cæteræ nationes, quod
 „illis inuideamus, aut quod no-
 „stræ antiquitatis oblivione pos-
 „sunt ostendere: nam pauci mille
 „annorum memoriam vix expli-
 „cant; ineptias enim plures præ-
 „ferunt, quæ somniis simillimæ
 sunt: quod nos de Francis con-
 gentilibus nostris, ab olim Ger-
 manis, suo loco ostendemus. Hæc
 ille.

Saxonicos scriptores ad institu-
 tum suum nihil conferre Crant-
 zius affirmat, tum quod recen-
 tiores, tum etiam quod inepti
 sint: Cedo igitur quem tandem
 sequeretur authorem Crantzius in
 declaranda Vesvalicæ sedis anti-
 quitate.

In proce-
 ssu Sa-
 xoniz

Saxonem (inquit,) Gramma-
 ticum virum Sialandicum, Dani-
 cæ

cæ scriptorem historię, testem optimū, nolim submotum, qui supra mille annos ante Christum nomen Saxonum introducit. Hæc ille.

Sed quid ita provocat ad solos Danos reliquis gentibus universis dissimulatis? Frisii certè multo certiora conferre poterant.

Sed ignorant (inquit Crantzius) illi, quod in Dania nostra ostendimus, ab annis ante natum Christum mille inextricabile fuisse odium gentis Danorum ad Saxones. Ita Crantzius. Videamus igitur in Dania, quo modo Saxonibus suis ante Christum annos mille Crantzius asseruerit: tum enim hoc solum restabit, ut porro doceat, Saxones toto istius temporis tractu egisse in Vesvalia.

Daniam (inquit) primus tenuisse regno Dan indigena memoratur, multis ante sæculis quàm Christus mundi salus in mundo nasceretur: factaque supputatione, antiquius hoc regnum Romano reperietur. Ante enim quam Romulus lupam matrem

„Inproc.
mio Sa-
xoniz

Lib. I,
ca. 2, Dg.
nia.

„suge

„sugeret, Dan in sua Dania, de
 „ejus nomine sic appellata, reg-
 „num tenuit.

Quis hic si prædictæ promissio-
 nis memor, exactam quandam
 Chronologiam non expectaret?
 cujus indicio deprehenderet Saxo-
 nes in Velvalia plusquam mille
 annis fuisse ante natum Christum;
 præsertim cum supputatione facta
 id repertum iri dicat, & tanta
 fiducia Danum Romulo antiquio-
 rem faciat? Atqui ille neque de
 Danis id, quod intendit, ulla sub-
 jecta supputatione uquam pro-
 bat; neque de Saxonibus verbum
 ullum facit. Debuerat autem ca-
 talogum Regum Danicorum hic
 texere, ut computatis annis, qui-
 bus eorum quisque regnasset, an-
 tiquitatem Regni Danici perspi-
 cuè demonstraret, unde porro in-
 dicium de Saxonibus iniri posset,
 quod ille tamen nusquam fa-
 cit.

Dixerit fortassis aliquis, Re-
 gum Danicorum catalogum apud
 Saxonem Grammaticum in prom-
 ptu esse, ex quo faciâ computa-
 tione lector id, quod quarit, non
 dif-

difficulter inventurus sit, quem Crantzius proinde eò remittat.

Respondeo, neque ex isto catalogo Regum, neque ex ullo alio fundamento supputationem annorum ullam apud Saxonem Grammaticum institui posse, quæ quidem extraneo subsidio fulta non sit, idque ob causas duas. Primum enim certitudinis illam regulam, quam in temporum supputatione Æram scriptores vocant, Saxo Grammaticus rebus Danicis nullam posuit: Deinde nec in ipsis quidem Regibus expressit, quando quisque eorum vel coeperit, vel desierit; unde fit, ut neque principium regni Danici, neque quandiu Regum quisque imperaverit, ullo modo inveniri possit, quod suppresso ubique tempore, neque caput Æræ, neque basis usquam appareat. Vnde tantum abest, ut exteris ex hoc auctore captanda sit annorum plusquam mille certitudo elapsorum ante natum Christum, ut ne ipsis quidem Danis possibile sit, ex eo, non dicam unius Regis ætatem, (Frothonem tertium excipio) sed

Saxo
Gramma-
ticus Re-
gum Da-
nicorum
tempora
non di-
gessit-

N ne

ne vel unius tantum anni complexum definire.

Dixerit aliquis, Crantzium Danis non temerè tantam antiquitatem tribuere, quam haud dubiè ex ipsorum fontibus hauserit; cum Ioannes Magnus Gothus disertè scribat, Danum, primum Danorum Regem, æqualem fuisse Gedeoni Iudici Israël, ipsamque Danum porro sursum per continuam regum Gothicorum seriem referat in Magogum, quem sub Nimrodo Babyloniorum Rege anno post diluvium 175. Gothos condidisse asserit: quem Henricus Pantaleo, & M. Hieronymus Hemminges, & nonnulli alii sequuntur.

Respondeo, mihi quidem dubium non esse, quin Crantzius istos Danorum fontes gustaverit: Historias enim Danorum scripturas, authores suos ex Danis habere debuit, quorum testimoniis scripta sua fulciret. Itaque cum nihil fuerit illi expeditius futurum, quàm tantam antiquitatem ratà temporum distinctione Danis suis asserere, idque non fecerit, colligo illi

illi incertitudinem Danicæ atque Gothicæ Chronologiæ displicuisse.

Et si Danorum fontes tam liquidi essent, ut in his Danicorum Regum Chronologia conspici cer-
 rò posset, cur non Saxo Gram-
 maticus, qui vicinior his fuit,
 quàm Crantzius, Regibus suis, si
 non omnibus, certè frequentio-
 ribus tempora sua addidit? saltem
 in Dano primo id fecisset, ut
 certum ac definitum esset (tam
 altum præsertim) Danici Regni
 initium.

Danicæ
 Chrono-
 logiæ in-
 certitudo

Ipse etiam Ioannes Gothus, cum Regibus Danicis Gothicos
 æquales ubique opponat, addere
 etiam tempora debuerat, si pos-
 set, quibus æqualitatis hujus con-
 starer ratio.

Gothicæ
 Chrono-
 logiæ in-
 certitudo

Quinimò, uti cætera omitta-
 mus, ipse Catalogus Regum, quem
 Gothus exhibet ad tantam gen-
 tium istarum vetustatem solidè
 demonstrandam, idoneus non est,
 ob defectus duos; quorum alter
 in temporum incertitudine, al-
 ter in personarum paucitate est.
 Deest enim certitudo temporum;
 quia nusquam definitè dicitur in

Regum serie, quando præcedenti
 sequens successerit, quanto tem-
 pore eorum quisque regnaverit:
 sed ubique tempora in cumulum,
 idque per conjecturam conjiciun-
 tur. Deest etiam idonea persona-
 rum plenitudo: cum temporis in-
 tervallum ab initio principatus Go-
 thici usque ad Christum (quod hic
 disquirendum venit) vastius sit,
 quàm ut tam exiguo Regum nu-
 mero impleri potuerit. Utcunque
 enim Chronologi alii aliter tumul-
 tuentur, tamen inter exactissimos
 id fere convenit secundum He-
 braicam veritatem, Christum es-
 se natum, expletis propemodum
 post orbem conditum quatuor an-
 norum millibus: Detrahe his igitur
 annos 1656. qui usque ad Dilu-
 vium, & 175. qui hinc porro ad
 Magogum usque effluerunt, qui
 simul efficiunt mille octingentos
 triginta unum annos; quibus re-
 motis remanent à Magogo usque ad
 Christum bis mille centum & se-
 xaginta novem: intra quod tempus
 non nisi quadraginta reges fuisse
 Gothis, quos Ioannes Magnus re-
 censet, cuinam veri simile videat-
 ur?

tur? Aut igitur plures fuisse Gothorum Reges, aut primum eorum longè fuisse recentiorum, quàm Gothus asserit, planè arbitror; nec ipse quidem Gothus videtur id invitus agnoscere, qui assent, se totis sexcentis annis, qui inter Ericum, primum ejus nominis Gothorum Regem, & Bericonem interfunt, nihil potuisse in archivis invenire, præter nuda septem Regum nomina, qui interea temporis regnaverunt. Totum igitur Catalogum hunc retexere, ut longum, ita etiam inutile fuerit; cum nobis non de Gothorum, sed de Danorum Rege primo controversia suscepta sit: Hunc enim longè recentiorum esse deprehendimus, quàm à Joanne Magno prædicatur; idque ex eodem in temporibus personisque defectu, de quo supra diximus. Primum enim Saxo Grammaticus nihilo magis Regum Danicorum tempora distinxit, quàm Joannes Magnus Gothorum: Deinde cum à Dano primo usque ad Christum non plures quàm viginti octo Reges fuerint, longius etiam spatium

Dan pri-
mus Da-
norum
Rex, quo
tempore
fuerit,

temporis Crantzius his assignavit, quam quod hi explere potuerint. Nam cum Christus natus sit regnante Frothone, ejus nominis tercio, qui Regum Danicorum ab initio vicesimus octavus fuit, cuinam verisimile fiat, his regnantibus effluxisse Danis annos mille trecentos & octo, qui à Christo colliguntur ad Gedeonem, cujus æqualem fuisse Danum asserit Joan. Magnus? Nec enim plures, aut pauciores, aut alios, sed hos ipsos interea temporis fuisse Danorum Reges, qui recensentur à Saxone Grammatico, abundè convincit Gothicorum, Svevicorum, & & Norvegicorum Regum collatio, qua horum singulis æquales fuisse ubique assignati pulchrè respondent, ut apud Saxonem Grammaticum, Joannem Magnum, & nostros quoque scriptores apparet. Henricus Pantaleo calculum hunc, dum adhibita supputatione illustrare conatur, magis suspectum fecit: singulis enim regibus æqualiter attribuit annos quinquaginta. In hoc enim calculo, non illud incommodi solum est, quod ea

sup-

H. Pantaleonis
calculatio.

supputatione centum fere annis
 ultra tempora Gedeonis excurrat;
 sed illud etiam, quod Regum tem-
 pora nimis inconsulte confundat.
 Adeo enim verum non est, istos
 Danorum Reges regnasse æquali-
 ter annos quinquaginta, ut nemo
 eorum omnium ad eos pervene-
 rit, præter unum ac solum Fro-
 thonem tertium: fuerunt enim,
 qui unum diem vix impleverunt;
 nec pauci fuerunt, qui unà cum
 aliis regnaverant: quorum etsi
 personæ Catalogum numero au-
 geant, tempora tamen spatium du-
 ratione non explent.

Regum
 Danico-
 rum in-
 æqualia
 tempora

Cautior itaque Pantaleone Cran-
 tzius, qui, cum, ut hic apparet,
 in finito facile deprehendi possit
 falsitas, in infinito non possit, no-
 luit hoc hucus tangere, & locum
 servavit hyperbolæ suæ, qua Saxo-
 nibus ubique adstruit annos ante
 natum Christum plus quàm mille.

In hanc igitur finem commen-
 to novo ex Cimbris Danos fe-
 cit 4, ut, Cimbris ita extinctis,
 eorum antiquitatem Danis arro-
 garet, cum Cimbris antiquissi-
 mos fuisse vulgo facile persuaserit:

a Saxo-
 lib. 1.
 cap. 8. 2.
 10.

N 4

Nam

Cran-
tzius
Cimbros
ad nihi-
lum redi-
git.

Nam cum productis authorum testimoniis docuisset, Cimbro-
vereri Gallorum ac Germanorum
lingua latrones dici, quod longè
lateque latrocinando grassati sint,
infert hoc nomen non gentis pro-
prium, sed à mala injecta quali-
tate (sic enim loquitur) appella-
rivum esse. Ideoque cum Dani,
Saxones ac Vandali, ut ipse dicit,
ex ista Chersoneso, quam vicissim
tenuerunt, latrocinati sint; disqui-
rit, quibusnam ex his maximè
conveniat nomen Cimbrorum,
multisq; e in omnes partes dispu-
tatis, concludit pro Danis, quod
hi & omnium latissimè sint latro-
cinati, & tum temporis Cherso-
nelum tenuerint, cum Cimbrica
expeditio in Italiam fieret, ut ex
hinc Danos scilicet cum Teutho-
nibus expeditionem hanc fecisse
significet. Atque ita quidem Cran-
tzius, ut fictitiam quandam an-
tiquitatis opinionem Saxonibus
suis apud imperitos conciliet, le-
ctorem virtute, Cimbro vita spo-
liat ac privat.

Cimbros
fuisse

Propria autem gentium atque
hominum nomina, ob qualitatem
ali-

aliquam eorum, quibus ea p[ro]mi-
tus inerant, appellativa fieri, &
aliis attribui, in quibus eadem
qualitas notatur, neque novum
est, neque mirum: Crantzius ta-
men interim non ignorat, hæc
ipsa fieri appellativa; ut iis tantum
appellativa fiant, quibus propria
non erant; iis verò, quibus propria
erant, esse non desinant. Horum
igitur nec essentia, neque nomen
participatione exstinguitur.

gentem
sui gene-
ris, non
autem
nomen
appella-
tivum.

Crantzius enim, ubi de Van-
dalis loquitur, & qui Schlavi sunt
appellati: „Hodie tamen (inquit)
„ad summam indignitatem apud
„nos traductum est nomen: quod
„cùm nostræ regionis Vandali sint
„hodie gravissima pressi à Saxoni-
„bus servitute, serviles homines
„& ultimæ sortis mancipia, Schla-
„vos cum indignatione solent vo-
„citare.

„Vandæ
lib. 1.
cap. 6.

Et si ergo proprium hujus gentis
nomen à mala servilitatis injecta
qualitate vertatur in appellativum,
quod servis ac mancipiis aptatur;
videt tamen ipse Crantzius, nihilo-
minus & gentem ipsam subsistere,
& solitum nomen, quod antea

N 5

pro-

proprium erat, retinere. Gothorum sive Gutarum nota gens est, hoc proprio nomine sic appellata, quæ, ut alias complures nationes, ita & Belgas olim diu multumque vexavit. Gutis tandem exturbatis, cum eorum reliquæ ob scurrilitatem in contemptum venissent, Gutæ à Belgis, à mala hac scurrilitatis injecta qualitate, scurræ appellati sunt, & appellantur etiam hætenus scurræ Gutten; tamen interim in sua gente nihilominus durant, & nomen proprium, quod antea habuerunt, hætenus conservant.

Cæsaris Augusti privignus, qui Germaniam afflixit, proprio nomine Drusus appellabatur: ejus autem hoc proprium nomen à mala crudelitatis injecta qualitate in appellativum conversum est, maximè apud Vesvalos, ubi homines insigni crudelitate notabiles Drusos vocant; nec tam inde sequitur, aut nullum fuisse hominem, qui proprio nomine Drusus vocaretur, aut nomen hoc proprium, quod haberet, hinc amitteret. Poteram hujusmodi
exem-

exempla infinita huc congerere,
si opus esset in ipsa meridie lucer-
nam accendere.

Itaque tamen si Cimbrorum pro-
prium nomen, quo illi ab autho-
ribus ante multa secula celebrati
sunt, à mala injecta qualitate ver-
tatur in appellativum, ut Cimbri
dicantur quacunque lingua, quã
latrocinandi studio tenentur, ob
id quod Cimbri id quondam fe-
cerint, non desinunt tamen Cim-
bri hinc vel esse, qui dudum erant,
vel nomen proprium retinere,
quod antea habuerunt.

Uteunque igitur Crantzius Da-
nos in latrocinandi studio Cim-
bris similes faciat, nunquam ta-
men efficiet, ut iidem Dani sint,
qui Cimbri, cum substantia ipsa
longissimè inter se diversi sint.

Dani
non sunt
Cimbri.

Nec enim Clitarchus, Epho-
rus, Plutarchus, Appianus, Stra-
bo, Ptolomæus, homines Græci,
de Cimbris aliter, quàm de certa
gente loquuntur, proprio nomine
sic dicta: & Cæsar, Livius, Flo-
rus, Eutropius, Orosius, & cæ-
teri scriptores Romani de Cim-
bris, ut de Germanica gente lo-

quantur, cujus hoc proprium nomen fuerit, non aliter, quàm de eorum sociis, qui Teuthones ac Tigurini dicti sunt. Cornelius etiam Tacitus in eo libro, quo Germanorum mores docet, inter ceteras etiam gentes Cimbros nominatim recenset, iisque Chersonesum istam sedem propriam ducentis amplius annis ante memoriam suam fuisse indicat.

Cimbri,
Dani,
Saxones,
Vandali
diversæ
gentes.

Quocirca, ne cui Danorum, Saxonum, ac Vandalorum ista successione, qua eos Chersonesum occupasse dicit Crantzius, nec probat, Cimbros veros Chersonesi successores elidat, hoc dicimus. Primò, Cimbros, Danos, Saxones, ac Vandalos, quatuor gentes esse diversas, propriis nominibus discretas. Deinde, Cimbrorum sedem esse propriam, quam Tacitus eis assignavit, Chersonesum istam, quæ ex ipsis Cimbrica dicitur. Tertiò, inter Vandalos ac Danos nunquam esse certatum de possessione Chersonesi, sed semper de corona regni mutui: sicut Saxo Grammaticus in Danorum Rege Helgone & Rege Van-

Vandalorum Scalco proponit, & in cæteris deinde prosequitur. Quartò, quod inter Saxones ac Danos non de tota Chersoneso, sed de una tantùm ejus parte, quæ Vytlandia dicta fuit, & nunc Ducatum Slesvicensem continet, contentio fuerit. Qua de re cum infra suo loco plura ex professò dicturi simus, in præsentì saltem hoc dicimus, ex ipsius contentionis intervallis manifestè deprehendi, Danos nihilo magis, quàm Saxones, imò verò horum neutros esse Cimbros: Nam cùm Cimbri relictà Chersoneso Italiam perierint, anno ante natum Christum 111. sicuti ex Cornelio Tacito calculatur, a Regum Danicorum Catalogus (de quo alibi ⁶ plura) convincit, jam tum ducentis fermè annis Saxones cum Danis contendisse, præsentibus utique tum adhuc Cimbris; & post expeditionem rursus vel relictis, vel reversis, certè præsentibus utique tum de integro Cimbris, Danos cum Saxonibus contendisse non minus iterum, quàm ducenti annis idem Catalogus docebit. Quì

^a In lib.
de mori-
bus Ger-
mano-
rum.

⁶ Lib. 2.
cap. 5.

Cap.
10. lib. 2.

quidem Cimbri, cum nomen hoc suum ad ætatem usque Taciti ut-
cunque tutari sint, ut Cimbri di-
cerentur, rationem suo loco red-
demus, & cur idem mutato nomi-
ne postea Viræ, & ad extremum
Jutæ vocati sint; & qui fons, quæ
origo fuerit controversiæ inter
Saxones ac Danos de Vytlan-
dia supradicta Chersonesi parte
motæ.

Quemadmodum igitur commen-
tum hoc non alio spectat, quàm
ut inani quadam Danicæ anti-
quitatis specie Saxonum vetustas
ostentetur, ita satis arguit, Cran-
tziū, vero calculo destitutum,
primam Saxonum sedem non nisi
hyperbolicis jactantiis fulcire.

C A P. V.

*Temporum ratione Crantzium perpe-
ram asserere antiquissimam Saxo-
num sedem esse Vesaliā.*

Saxonis
Gram-
matici
utilitas.

CERTIORI itaque temporum de-
finitione Saxo Grammaticus
nos instruet, si cūctum ejus rectè
sequamur; nam cū majorum in-
curia

curia intermissam Chronologiæ certitudinem in singulis assequi non potuit, Regum tamen Danicorum catalogum ab exordio nobis continuum deduxit, usque ad Christum: Cum quibus proinde singulis, si æquales Saxonum, Vandalorum, Norvegorum, Gothorum, Sveonum, Anglorum, Frisorum, & reliquarum gentium principes, cum quibus res Danis fuit, diligenter conferantur, ex mutua eorum collisione veritas erui non difficulter potest.

Quocirca cùm Ioannes Magnus Gorhus Iuthonem nominet antiquissimum Saxonum ducem, eumque æqualem faciat Dano, primo Danorum Regi, omnes ab hoc Dano Reges. qui catalogo isto continentur, usque ad natalem Christi, collatione principum nostrorum per tempora sua distribui ac describi commodissimè possunt.

Quod equidem quò evidentius appareat esse verum, nos Æram Danicam terminis Æræ Frisonicæ concludemus. Primum, quia reliquæ gentes illæ supradictæ, Britannis

Regum
Danico-
rum &
Frisico-
rum col-
latio.
Iutho.

Cur
tempo-
rum certitudo à
Frisiis per-
tenda
sit.

tannis fortè exceptis, prorsus nullam habent ante natum Christum distinctam temporum certitudinem, quam nos habemus exactissimam: Deinde, quia & ipse Iutho nostras fuit, etiamsi Saxonum Dux vocetur, ut infra patebit; ^a & proinde non aliunde certius acta ejus cognosci possunt, quam ex Archivis patriis, ex quibus & majores ejus, & nepotes, quibus cum Danorum Regibus res fuit, liquido intelligi poterunt.

Itaque hujus Iuthonis occasione apparebit, non modò verissimam esse historiam de Frisone, Saxone & Brunone, quam Crantzius veluti fabulam exhibilare conatus est; sed & principium regni Danici, & causa controversiæ patefiet, quæ inter Danos ac Saxones de Iuthia fuit. Quæ omnia ac singula verissima esse nemo etiam negare poterit, si ut domesticis, ita etiam externis testimoniis rite comprobata viderit, quod hic futurum est,

Caput
 Axx Fri- Constituiamus autem æræ Fri-
 sonicæ & Saxonicæ commune ca-
 put

^a Cap.
 10. cod.
 infra.

put in excessu Alexandri Magni, quod has gentes exercitus Macedonici reliquias esse asseramus, & balim ejus finiendæ temporum incertitudini collocamus in nativitate Christi; totumque hoc spatium, quod inter extremos hosce terminos interjectum est, metimur annis trecentis viginti & uno: intra quos omnes istos supradictos viginti octo Danorum Reges & cepisse & finivisse sole clarius demonstrabimus.

In quo comprobando testimonium nobis ferent probari scriptores: ex nostratibus quidem Solco Fortemanus, Occa Scarlensis, Joannes Elierpius, Cappidus Stauriensis, Vorperus Thaborita, Andreas Cornelius, Suffidus Sterckenburgius; qui singuli quales sint, lector cognoscere potest ex opere nostro de Frisîæ scriptoribus; extranei autem nobis testes erunt; ex Danis quidem Saxo Grammaticus, & Petrus Parvus; ex Saxonibus Varnerus Vesvalus, Joannes de Essendia, Henricus de Hervordia, Henricus Bunting, M. Hieronymus Hemminges:

sonicæ in
excessu
Alexan-
dri Mag-
ni.
Inter
mortem
Alexandri
Magni &
nativita-
tem
Christi
anno 321.

Testes
antiquis-
tis.

ges; ex Gothis Joannes Magnus; & Olaus Magnus; ex Germanis Henricus Pantaleo.

Æra Danica ac Frisonica, quantum ad hoc propositum attinet, communis basis in Frothone 3. ejus nominis Danorum rege.

Primum igitur, quia basis æræ nostræ, quantum ad hoc propositum attinet, in nativitate Christi collocatur, applicemus primum annis Christi annos Frothonis tertii, quo regnante natum esse Christum, nemine contradicente, testantur omnes, ut solido fundamento jacto ratum firmumque fastigium imponatur.

Quamquam autem Saxo Grammaticus in deducenda hujus regis vita non semper naturalem, sed interdum arbitrium ordinem sequatur, tamen hoc ipsum consideranti ex ijs temporibus, quæ hic proponit, difficile non est colligere, Frothonem hunc regnasse annis quinquaginta & sub finem ultimi natum esse Christum.

Collectio igitur per partes ex vita Frothonis, quæ apud Saxonem extat, hujusmodi iniri potest. Frotho ætatis suæ anno 7. regnum suscepit; anno 14. uxorem duxit, & habuit pacem per triennium: anno 17. bellum Norve-

Lib. 5. per totum.

Chronologia vitæ Frothonis.

vegicum confecit, & pacem rur-
sus habuit per triennium; anno
20. confecit bellum adversus Hu-
nos ac Suevos & habuit pacem
deinde per septennium: anno 27.
confecit bellum Britannicum, &
pacem habuit per annos conti-
nuos triginta; quibus elapsis vita
defunctus est anno ætatis sue 57.
Regni Danici quinquagesimo,
paulo post nativitatem Christi.

Suffragatur huic calculo Jo.
Magnus, * qui scribit Ericum
Disertum, Frothonis hujus inti-
mum, Sveonibus imperasse an-
nis 38. & Christum natum esse an-
no Erici 34. Ericum autem Fro-
thoni 4. annis fuisse superstitem,
non modò ex Joan. Magno b;
sed etiam ex ipso Saxone Grain-
matico, constat, * qui disertè
scribit, Danos mortem Frothonis
subditos cælasse annis tribus, &
quarto demum anno illi successum
esse Hiarnum, quo regnante mor-
tuum esse Ericum.

Basis igitur hujus æræ incidit
in annum orbis 3979. Urbis 752.
Augusti Cæsaris 42. Frothonis ul-
timum, Christi primum; ex quo,
si cal-

a Libr.

4. cap 312

b Ibidem

c Eodem
lib, 5.

Colle-
ctio an-
norum à
basi ad ca-
put Æræ.

si calculum sursum ducas, omnibus Frothonis & antecedentium Regum annis in unum collectis, principium Regni Danici comperies infra annum trecentesium ante natum Christum. Quod quidem, si ad demonstrandum non magis operosum esset, quàm difficile, per partes hic declarare non pigeret, quod alias proinde commodius facturi sumus.

*Saxo
Saxonica
gentis
conditor
quando
in Saxo-
niam ap-
pulerit.*

*In lau-
de antiq.
Saxonie.*

Inventa igitur Æræ basi, restat indagandum caput: Saxo autem Saxonica gentis conditor ad Haderiam appulit anno ante natum Christum trecentesimo; quod non modò scriptores nostri prodiderunt, sed & Varnerus quoque Vesvalus diserte scripsit, & sicuti & ante illum Joannes de Essendia, & Henricus de Hervordia, & Gobelinus. Septem autem annis ante advenum Saxonis, Dan primus Daniae Rex constitutus fuit; ut ex Danicis, Gothicis, Svevicis, ac Frisicis scriptoribus constat: quorum veritas quo propius conspici queat, Juthonem tandem expediamus.

Fuit autem hic Jutho, qui pri-
ma-

maivo nomine Wytt, & progressu
 temporis ab exteris Vitto, & Vi-
 tho, & ad extremum Jutho dictus
 fuit, Frisonis conditoris nostri
 filius, qui anno ante natum Chri-
 stum trecentesimo octavo uxorem
 duxit Cumeram, Bocchi Cimbro-
 rum Regis filiam; cum qua in do-
 tem à socero accepit partem Cim-
 bricæ Chersonesi illam, quam nunc
 Ducatus Slesvicensis complecti-
 tur, & tandem toti Chersoneso
 nomen Jutiæ ex illius nomine in-
 didit, ut infra dicetur latius.

Jutho-
 quis fue-
 rit.

Cap.

10. lib.

Jutho autem insequenti anno,
 cum animadverteret, Danos pro-
 tectione Sveonum destitutos non
 difficulter occupari posse, subnixus
 auxilio sui patrui Saxonis, qui
 tum piraticam agebat, Daniam
 invasit. Dani autem impetrata ve-
 nia, Humblo Sveonum Regi, à
 quo defecerant, reconciliati sup-
 plicarunt, ut sibi contra Saxones,
 quorum potentia resistere non po-
 terant, suppetias ferret, quibus
 ille duos filios suos Danum & An-
 gulum subsidio misit; qui, valido
 exercitu subnixi, Juthonem cum
 Saxonibus suis Dania rursus expu-
 lerunt.

Dan Da-
nia, An-
gulus
Anglie
veteris
Rex.

Humblus
2 Rex
Dano-
rum.

Lothe-
rus 3 Rex
Dano-
rum.

Jutho
Daniam
iterato in-
vadit.

lerunt. Ab hoc autem Dano sub-
diti Dani, & Provincia ipsa Da-
nia vocata fuit, qui imperavit an-
nis viginti; cui defuncto successus
est major natu filius Humblus,
anno ante natum Christum 287.
& imperavit anno uno Danorum
Rex secundus, eodemque anno
uxorem duxit Adelam Juthonis
filiam, ex qua filium unum sustu-
lit nomine Danum. Anno autem
insequenti Lotherus Dani filius
natu minor, fratrem Humblum
regno exiit, & regnat ipse annis
sex Danorum Rex tertius; qui ut
adversus fratrem iniquus, ita in
subditos crudelis fuit, in quos im-
maniter grassatus est. In principio
etiam Regni sui fratris filium in-
fantem clam de medio tollendum
curavit, ne quando paternæ inju-
riæ vindex esset. Jutho verò his
graviter offensus, quinquennio post,
oblata occasione, cum Lotherus
bello Sveones fatigaret, contra-
cti Cimbrorum, Saxonum, ac
Frisiorum copiis, Daniam iterato
invasit, eo proposito, ut generum
Humblum in regnum reduceret,
& mortem nepotis sui vindicaret,
fatis

fatis certus, se Danos non admodum adversantes habiturum, quos Lotheri ob tyrannidem jam diu radebat. Lotherus autem, hac recognita, Sveones ex hostibus auxiliares fecit, eorumque ope subnixus in Daniam advolavit; ubi commisso acerrimo prælio, Humblus occubuit: victor Jutho Lothorum captum suis tradidit. Pax ita composita fuit, ut Lotherus scelus suorum poenas lueret, & quia Humblus stirpem non reliquerat, Skioldus Lotheri filius, in quo indoles videbatur esse bona, patri in regnum sufficeretur: inter Cimbros ac Danos perpetua deinceps pax esset. Itaque Lothorum Dani obtruncarunt; Skioldum puerum Jutho cum consensu procerum Daniæ secum in Juthiam duxit, omnique tum civili tum militari disciplina sic excoluit, ut talem se patriæ patrem præstiterit, ob cuius excellentiam omnes deinde Danorum Reges nominari voluerint Skioldingi.

Lothero
interfecto
Skioldus
filius suf-
ficitur
Dano-
rum Rex
quartus.

Skiol-
dingi.

Hæc igitur (ut à nostris scrip-
toribus est traditum) occasione Ju-
thopis à tribus Danorum regibus
intra

intra viginti annos ab initio regni Danici acta sunt. Quibus quo modo suffragentur etiam scriptores extranei, operæ precium est audire.

Ac Juthonis quidem meminerunt nominatim Joan. Magnus Gothus, & ex eo Henricus Pantaleo, & M. Hieronymus Hemminges, & nonnulli alii, qui Principum Saxoniorum genealogias texunt, qui hunc in ducum suorum linea supremum faciunt. Joannis Magni verba hic ita, ut sunt, proponemus, quamadmodum author ipse posuit: „

Cap. 2.
lib. 2.
hist.
Goth.

„Evolutis deinde aliquot annis, (inquit) Humulus Humulphi nepos, ad aviti regni sceptrâ pervenit, cujus tempore cum Dani animadvertissent, maximam Gothorum multitudinem cum Rege suo Bericone olim in alias terras emigrasse, eoque potentiam Gothorum, qui in patria remanserant, & ad mutuas dissentiones redierant, plurimum extenuatam, non distulerunt Gothicum Imperium, cui per multa sæcula paruerant, a suis

„ CER-

„cervicibus excutere. Quod cum
 „Saxones prudentius confide-
 „rassent, mox arma in Danos
 „duce quodam Iuthone (à quo
 „Juthia, vel Juthonia nomen ac-
 „cepit) convertebant, nihil du-
 „bitantes, quin, sicut Principatui
 „Gothorum se incautè subduxe-
 „rant, ita etiam eorum necessa-
 „ria ope se non satis prudenter
 „spoliaverant. At Dani in eas
 „difficultates adducti, cum vi-
 „derent, se Saxonum potentia
 „nequaquam resistere posse; Hu-
 „mulum denuò supplices adeunt,
 „impetrataque errorum venia, in
 „gratiam recipiuntur: eisque duos
 „filios suos Danum & Angulum,
 „quos ex Gesilda nobilissima con-
 „juge Svetica suscitaverat, præ-
 „ficiendos curavit, qui valido exer-
 „citu muniti, commisso acerrimo
 „prælio, Daniam, (quæ
 „tunc primum à Dan nomen ac-
 „cepit) fugatis inde Saxonibus,
 „liberavit. Et consequenter idem
 „proximo capite tertio: Hic enim
 „est (inquit) ille Dan Humuli
 „Gothorum Regis filius, quem
 „pater Danis primum Regem
 O „con-

Dan pri-
 mus Da-
 norum
 Rex.

Angulus
Dani fra-
ter Rex
Angliæ
veteris
sive Ju-
thianæ

„constituit, duoque ei præcepta
„tradidisse memoratur. Primum,
„ne in aliqua parte Daniæ delubra
„construeret, sed apud Upsalam
„Sveorum metropolim divinita-
„tis cultum venerabundus profe-
„queretur: Alterum, ut confide-
„rata Danicæ telluris angustia,
„nulli, nisi gravissima laceffitus
„injuria, bellum inferret. An-
„gulus autem Dani frater, cum
„ad regni consortium admitti con-
„tenderet, à fraternis insidiis vi-
„elapsus, in Angliæ regnum fuga
„servatus evadit. Crediderim
„tunc parum abfuisse, quin Da-
„nicum Regnum fraterno sangui-
„ne fundatum fuisset, quemad-
„modum Romanum, quod longè
„posterius surrexit, de quo scri-
„tum est:

„*Fraterno primi maduerunt san-
guine muri.*

Hic au-
thor male
intellexit
Saxonem
de Angli-
æ lo-
quentem,

„Attamen Saxo Danicus affir-
„mare videtur, Angulum Angliæ
„regno præfuisse, nomenque suum
„Provinciæ, cui præerat, aptan-
„dum curavisse. Hactenus ille.
Cujus verba propterea fusius hic
re-
tu-

retulimus, quod in sequentibus ut infra
declarabatur.
his opus futurum sit. Quæ quidem
ut cum archivis nostris rectè con-
gruere declarentur, in primis hoc
est constituendum: Eandem hunc
Danum à nobis hic prædicari pri-
mum Danorum Regem, quem &
Saxo Grammaticus, & Joannes
Magnus tradit, & uterque facit
Humbli filium, & Anguli fratrem;
non alium inquam, sed illum
ipsum, à quo velut à capite Re-
gum Danicorum catalogus depen-
det.

Constituendum etiam est, Ju-
thonem non alium esse apud Joan-
nem Magnum, quàm hunc ipsum,
quem nos dicimus Vithonem Fri-
sonis filium: Ab hoc enim Joan-
nes Magnus attestatur Juthiam sive
Juthoniam esse dictam; & nos
hujus rei causam assignamus, &
rationem nominis mutati reddi-
mus infra, ubi ex professo decla-
ramus, qui sint apud Bedam Vi-
ta, & cur iidem apud Saxonem
& Crantzium dicantur Juta.

Equales igitur fuisse hunc Da-
num & hunc Juthonem, non
modò præsens supradictorum ad-

Cap. 105
lib. 2.

Dan &
Jutho
æqualis

thorum testimonium, sed & mutua actorum communicatio convincit, quæ utramque hanc personam in eadem ætate conjunxit.

Nam cum Jutho cum Saxonibus invasisse Daniam, & Dan Juthonem cum Saxonibus Daniam rursus expulisse utrimque dicitur, rectè nimirum colligimus, eodem tempore vixisse Danum & Juthonem.

Idem etiam arguunt acta filiorum ac nepotum utriusque, quos non minus inter se tempore conjunctos fuisse, quàm parentes ipsorum, proximo capite apparebit.

Hoc cum ita sit, apparet, Danum inchoasse Danorum Regnum, anno ante natum Christum trecentesimo septimo: Hoc enim anno æqualis ejus Vitho primam expeditionem suam in Daniam fecit, cujus occasione ipse Dan mox Danie Rex constitutus fuit. Nec verò antiquiorem haberi Juthonem patitur, vel consanguineorum ejus æqualitas, qui eadem illa tempestate fuerunt in vivis, vel *Ære Frisonie ratio*, cujus caput ab excessu Alexandri Magni pender,

Regni
Danici
princi-
piatur.

det, qui obiit anno ante natum Christum 321. ut supra diximus.

Ex quo manifestius apparet error temporis, quem & supra coarguimus, quo Joannes Magnus, & qui illum secuti sunt, Danum tempore Gedeonis fuisse asserunt, cum is calculus hinc deprehendatur à veritate exorbitare plusquam integris nongentis ac nonaginta annis.

Unde & illud porro manifestè consequitur, hiatum illum, qui apud Joannem Magnum inter Gothorum Reges, Ericum primum & Bericonem, de quo supra diximus, longè pluribus quàm sexcentis annis intermediis durasse; utcumque inter ceteros tum præcedentes, tum subsequentes rectè continuata successio fuerit.

Habemus igitur jam basin Eræ Danicæ in Frothone tertio, habemus caput ejusdem in Dano, primo Danorum Rege: & numeramus à primo Dani anno ad ultimum tertii Frothonis annum, qui Christi primus est, annos intermedios septem supra trecentos.

Quod quidem sicut utrimque solidis

lidis argumentis demonstratum est, ita ex intermedio tempore intermediis Regibus dispensando hic demonstraremus, nisi presentis instituti ratio prolixitatem illam excluderet.

Dabimus tamen commodiori loco ac tempore catalogum Regum Danicorum ab exordio usque ad Christum, distinctis unicuique suis temporibus: accommodata etiam his ipsis Ducum Saxonicorum perpetua genealogia, tam eorum, qui apud Saxonem Grammaticum, Albertum Crantzium, Joannem Magnum, quam etiam eorum, quos vel apud nostros, vel apud quoscunque alios scriptores haecenus reperire potuimus.

*! Saxones
advenas in
Germania
primam se-
dem ad
Hadel-
eriam oc-
cupant.*

*Reges
ac Princi-
pes Aqui-
lonares
in Ger-*

Ex his autem, quæ supra diximus, jam ratio temporum convincit, Saxones in Germania esse advenas, & primam eorum sedem fuisse circa Hadeleriam.

Apparet hinc principium & origo controversiæ, quæ inter Danos ac Saxones de Cimbrica Chersoneso fuit: Apparet, eam exortam esse, & flagrasse inter eos Cimbris adhuc presentibus, & proin-

Proinde diversas esse gentes Danos, Saxones ac Cimbros: Apparet hinc desinitum exordium Regni Danici, cujus primus Rex ante Saxonis adventum ejusdem anno decimo tertio desit imperare Danis: Apparet hinc denique, adveniente Saxone, Danum in Dania, Angulum fratrem ejus in veteri Anglia, Bocchum in Cimbria Chersoneso, Humblum in Gothia & Sveonia, Frisonem in Frisia principatum tenuisse, eosque omnes principes in regnis Aquilonaribus inter se æquales extitisse.

CAP. VI.

Personarum Illustrium ratione perpetuam astruere Cramzium, antiquissimam Saxonum sedem esse Vesvaliam.

Temporibus distinctis, res æta consequentia subjungendæ sunt personæ, quarum gratia cætera omnia comparantur, nec est ullum argumentum arguendæ gentium vetustati efficacius, quam

familiarum illustrium antiquitas,
 quæ diuturnitate sua declarat,
 quàm longo temporis spacio præ-
 sentem locum gens ipsa incoluerit.

Itaque & Crantzius illustres
 perionas Saxonica gentis, quas
 commemorat, non modò post
 Ermenfridum usque ad Carolum
 Magnum; sed & ante Ermenfri-
 dum toto tempore non alibi se-
 disse contendit, quàm in media
 Vesvalia: quo declaret, Vesva-
 liam antiquissimam esse sedem
 Saxonum, & Hadelerianam istam
 sedem esse nullam. Sic enim dicit:

^a Saxon.
 lib. 1.
 cap. 1.

„Sed omissis (inquit*) queri-
 „moniis de injuria linguæ Ger-
 „manicæ, ad Saxones reverta-
 „mur: qui etsi à limite Eydoræ
 „ab Aquilone in Mediterranea
 „longè procurrant, tamen à ve-
 „rustissima memoria ante natum
 „Christum annis supra mille,
 „etiam maria perquirentes navi-
 „gabant per Albim, per Visur-
 „gum, perque Amasim in mare
 „Britannicum (quod nostri vo-
 „cant Occiduum, cùm interim
 „Germanicum appellent Orien-
 „tale) & cum Danis, Svecis,
 „etiam

„etiam Phinnis, qui ad Aquilo-
 „nem pene sunt mortalium ulti-
 „mi, non modò commercia re-
 „rum & bellorum incurfus, sed
 „etiam nuptiarum fœdera conci-
 „liabant. Nam bella intercessisse
 „Saxonibus & Danis inde certum
 „est, quod Juthia (quæ est Cher-
 „sonesus Cimbrica, nunc parens
 „Danis) tum Saxonum ditio-
 „ne tenebatur. Quo tamen duce, Crant-
 zius hio
 simulat
 Jutho-
 nem ig-
 norat
 „& quo tempore Saxones eam
 „ceperint, non tenemus: sed
 „tempora & regem, qui illam
 „Provinciam Saxonibus ademit,
 „tenemus, & in commemora-
 „tionem vocabimus, si rem, quæ
 „præcessit, prius attingamus.

Hæc ille, quibus deinde sub-
 jungit, Saxonum duces à Saxone Saxo-
 num Du-
 ces à
 Crantzio
 nomi-
 nati
 Grammatico memoratos, Hen-
 ricum, Syfridum, Hundingum,
 Gelderum, Svertingum, Hanc-
 sum, & Sivarum, & aliunde alios,
 quorum rebus gestis declarare ni-
 titur, id quod proposuit, Saxo-
 nes in Vesvalia semper egisse:
 Quos proinde singulos, si paucis
 ordine discutiamus, facilè videbit
 lector, omnes vel in ipsa Juthia,

vel in contermina illi Holsatia
versatos esse, longissimè certè à
Vesvalia abfuisse.

Itaque quò commodius expe-
diamus id, quod proposuimus, ab
ipso capere, hoc est, à Juthone
exordiri nos oportebit, ut intel-
ligatur, unde Henricus, unde Sy-
fridus, unde ceteri isti Saxonum
duces originem ducant.

*Crantzii
consi-
lium in
dissimu-
lando Ju-
thone.*

Callidè enim Crantziius Jutho-
nem dissimulavit, ut ex ejus ver-
bis supra allegatis manifestè colli-
gatur, cùm alioqui eum & recen-
sere debuerit, qui Saxonieorum
Ducum primus esset, & occasio-
nem dedisset controversiæ inter
Danos ac Saxones de Juthia mo-
ta, & ex Danorum, Gothorum,
Frisiorumque fontibus ejus noti-
tiam habere potuerit.

*Jutho
non habi-
tavit in
Vesvalia.*

Molestum enim id fuit Cran-
tizio, quod, ut temporis, ita &
personæ ratione Jutho ejus in-
tentioni repugnaret: Juthonem
enim ex Vesvalia quomodo edu-
ceret, qui & Frisius fuit, & à
patre scandinavam Frisiæ Zelandiam
accepit, quæ ab alluente Eudora
fluvio Eudorensis dicitur, Juthiæ
& Holt-

& Holsatiæ contermina, & ejusdem Juthiæ partem à socero in dotem accepit & incoluit, quæ ab ipso Vitlandia dicta fuit, & Juthia, & Juthonia?

Sequitur Juthonem nepos suus **Henricus** in Vesvalia non habitavit. a Saxonia lib. 1. cap. 2. 6 Lib. 1. Dan. hist. quæ apud Crantzium ex Saxone Grammatico & Saxonorum Ducum primus est, quem & ipsum non in Vesvalia, sed in Juthonia seu Juthia, hoc est, avirta sede habitasse faciliè apparebit, si & patris ejus intermediæ conditionem prius explicemus.

Diximus autem supra ex Archivis nostris de secundæ expeditione Juthonis in Daniam, de morte Hambli, de supplicio Lothari, de inauguratione & educatione Skioldi; quibus omnibus ac singulis abundè suffragatur Saxo Grammaticus, etiam si Juthonis mentionem nominatim non faciat. Restat jam quintus Danorum Rex **Gramus** Gramus, Skioldi supradicti filius, à quo Henricus est interfectus. Danorum Rex 5.

Habuit autem Jutho filium nomine **Ubbonem**, qui ex Grytha Geroldi Saxonis filia, sustulit filios **Juthonia filius** Henrici patris duos **Vithonem** sive **Vitronem**, patre

Origo
contro-
versia
de Vit-
landia in-
ter Saxo-
nes &
Danos.

& hunc Henricum. Quamdiu autem in vivis Jutho fuit, in summa tranquillitate dotalem suam Vitlandiam in Cimbrica Cherfoneo possedit. Juthone autem defuncto, Gramus, qui quatuor annis cum patre, & totidem post illum solus regnavit, Ubbonem Juthonis filium Vitlandia hereditate privare n̄ tebatur, afferens, eam per mortem filii Humblī, ex pacto connubiali inter Juthonem & Humblum inito, ad coronam Dania esse devolutam, exprobrans ultrò falsum parricidii crimen impactam esse Lothero: Juthonem, ut manifestum & inveteratum Danorum hostem, non hereditate solum, sed & heredibus quoque suo merito esse privandum. Cujus rei nomine inter Gramum & Ubbonem multis p̄aliis conflictatum est; quibus Cimbrorum vires magnopere labefacta sunt; dum ob gratam Juthonis memoriam filium ejus adversus hostium iniquitatem tutari conarentur.

Ubbō
Frisiam
Eidora-

Ubbō igitur cum Juthianis possessionibus assiduo domino opus esse videret, qui eas adversus Da-

no-

norum assultus præsens tueretur, nam Vi-
 communicato consilio cum socero
 Geroldo, majorem filium Vitto-
 nem, secundum avi Frisonis de-
 cretum, Frisæ Eidorianæ præfe-
 cit; Henricum natu minorem præ-
 fecit Vitlandiæ: cui, ut potentiam
 augeret, Signen, Simbli Phin-
 norum Regis filiam, ingeniosam,
 elegantem, & opulentam conju-
 gem adscivit.

thoni,
 Vitlan-
 diam
 Henrico
 assignat.
 Signe
 Phinnica
 Henrico
 conjunx
 ascita.

Qua re intellecta, Gramus,
 cum facile prospiceret, quid per
 hoc matrimonium strueretur, ipso
 nuptiarum die personatus in Phin-
 nia inter medias epulas Henricum,
 nihil minus expectantem, unâ
 cum multis ejus amicis interfe-
 cit, sponsamque vi abductam sibi
 conjunxit; quem biennio post,
 hoc est, ante natum Christum
 232. Norvegiæ Rex Suibdagerus,
 auxilio Saxonum, Frisorum, &
 Phinnorum oppressit. Et hunc igitur
 Henricum non in Vesvalia se-
 des habuisse hinc liquet: cui proin-
 de, ut in Phinniam procatum
 iret,

Gramus
 Danorum
 Rex Hen-
 ricum
 impar-
 tum op-
 primit.

Gramus
 interfici-
 tur à
 Suibda-
 gero.

Notitiam primosque gradus vici-
 nia fecit;

O 7

Ut

Ut mirari non debeat Crantzius, quo modo hic per Albin, per Visurgin, aut Amisim enavigaverit in mare Britannicum, cum illic portum haberet in propinquo.

Ex Saxo-
ne Gerol-
dus, ex
eo Syfri-
dus, ex
quo Saxo-
num
duces. Vi-
de Saxo-
nem
Gramma-
lib. 1.
Alb.
Crant.
Saxon.
lib. 1. c. 3
de hoc
Syfrido.

Eadem ratio in Syfrido est, qui Henrici avunculus fuit: Geroldus enim Saxonis filius ex Engela Anguli filia habuit filiam Grytham, supradicti Henrici matrem, & hunc Syfridum, ex quo multi Saxonum Duces recta linea descendunt; qui partim apud Saxo- nem Grammaticum, partim apud scriptores nostros, partim etiam ali- bi commemorantur.

Interfecto autem Henrico, Ulbo jus omne, quod in Vitlandiam habebat, cum consensu Vithonis filii sui, transtulit in Syfridum, quod illius sedes, quæ in Holsatia erat, ubi & pater ejus Geroldus, & avus Saxo habitaverunt, Juthiæ vecinior esset.

Vitlan-
dia Syfri-
do radi-
ta Syfri-
dus To-
stonem
Cim-

Syfridus igitur in Vitlandiam immigravit, sed minus gratam sen- sit esse Cimbris ac Vitis consue- tudinem suam, quam Henrici fuerat, ob interruptam lineam Vithonis: cui proinde incommo- do

do ut mederetur, Tostoni cuidam
Cimbrogubnationem Vitlandiæ
commisit & quo magis eum sibi
devinciret, etiam filiam in uxore
rem dedit.

Tosto igitur hoc matrimonio
auctus, & præfectura Vitlandiæ
ornatus, majori fœrocia quam
prudencia Hadingo Danorum Re-
gi bellum intulit: socerum ipsi
suppetias recusantem, incendiis,
rapinis, totiusque Hollatiæ va-
statione coëgit.

Hadingus autem Syfridum,
ætate jam provectum, & alioqui
pacis amantem, non difficulter
ad quietem complectendam com-
pulsit: Tostonem verò post luctam
diu vario Marte utrimque factam
provocatus, tandem monomachia
confecit, anno regni sui septi-
mo, qui fuit ante natum Chri-
stum 215.

Gramo enim Regi quinto ejus
intersector Suibdagerus rex sex-
tus, & huic septimus Grami ex
Gro Svetica filius Guthorinus
successit, & vicissim regnando
simul expleverunt annos decem:
Fratri autem suo huic Hadingus,

brum ge-
nerum
suum Vit-
landiæ
præfe-
ctum
constituit

De Tost-
ne vide
Sax.

Gram.
lib. 1. sub
finem
Alb.

Crantz.
lib. Sa-
xon. 1. c.

3. Tosto
Hadin-
gum Da-
norum
Regem
bello la-
cessit.

Hadin-
gus To-
stonem
oppaimis

Suibda-
gerus Da-
norum
Rex 6.
Guthori-
nus Da-
norum

Gra-

Rex 7. Grami ex Signe Phinnica filius,
 Hadingus successit rex octavus anno ante
 Danorum natalem Christi 222. & regna-
 vit annis 13.
 Rex 8. Hadingum sequitur anno ante
 Frotho primus, Danicorum Re-
 gum nonus, & regnat annis 15.
 De Frothone & Vittone qui anno regni sui octavo Vitho-
 Frisco nem sive Vittonem Friscum, Ju-
 vide Saxo- thonis ex Vbbone nepotem, qui
 xonem Gramma. in vindictam Henrici fratris sui
 lib. 2. Danos piratica diu infestaverat,
 Vitto Fri- sicus a Frothone
 ficus a Frothone navalī praelio adortus oppressit,
 eccisus. Inde victor ad Rheni usque ostium,
 Frotho quod Daniæ proximum erat, om-
 Frisiam nem oram maritimam vastavit:
 subigit. Quæ prima Frisiz subactio, à
 Lavica Danis facta, apud Saxonem re-
 fluvius. fertur. Erat autem istud Rheni
 ostium fluvius Lavica, qui olim
 exitu suo mare Lavicanum con-
 stituebat, nunc fere evanuit op-
 pilatus, & terminus nihilo mi-
 nus est inter terram Gruninga-
 nam & Frisiam Occidentalem,
 & prope Pisfitum sternitur cele-
 bri ponte Gerconio, ut & supra
 dictum est.
 Sic igitur Saxonum primis ali-
 quot

quot ducibus descriptis, qui centum annos uno minus ab exordio Regni Danici simul expleverunt, satis dilucidè apparet, Saxonum primas sedes non in Vesvalia, sed partim in Frisia, partim in Holsatia, partim etiam in ipsa Iuthia fuisse. De cæteris enim, qui ad Ermenfridi usque tempora cum Danis contendisse memorantur, idem sentiendum est; cum non alia contentionis ratio inter hosce populos fuerit, quam quæ esse solet inter finitimos de controversa Iurisdictione.

Friso enim cum Iuthoni filio matrimonium Cimbricum, & eo nomine Cimbricæ Chersonesii partem illam procurasset, quam nunc Ducatus Slesvicensis complectitur, eidem partem Frisicæ huic maximè propinquam assignavit, quæ à fluvio Eidora nomen habet, ut suas ditiones tum profectitias, tum adventitias in proximo conjunctas haberet.

Saxo autem, cum Frisiorum & Cimbrorum maxime auxilio Haderianum portum obtinuisset, in pro-

Frisonis
consilium
in filio
suo collo-
caudo.

Saxonis
sedes.

proxima Holsatia sedes suas fixit; quæ non modò Frisiæ Eidoranæ, sed & Iuthiæ quoque Slesvicensi contermina est: Idem enim fluvius Eidora Iuthiam hanc ab Holsatiâ dirimit, & Frisiam alluens Eidoranam constituit; maximæque vicini Frisis Eidoranis sunt Holsati, qui in Vilstria & Krempis degunt.

Reliqui
Saxonum
deces satis
arguunt,
se sedes
non ha-
buisse in
Vesvalia.

De reliquis igitur apud Grætzium expressis, idem planè sentiendum est: Nam cum alii ob Iuthiam, alii ob ipsam Daniam cum Regibus Danorum contendunt, horumque alii prope Hanoveram, alii in ripa Eidoræ cum hoste congressi opprimuntur, locorum conjunctorum vicinitas satis arguit inter finitimos fuisse contentionem.

Denique Sivarus apud Saxonem ultimus, quem rivalis suus Haldanus tertius, non multo ante Ermenfridi ætatem, confecit, quis dubitet, quin Geritam Daniæ Reginam vicinitatis occasione ambiverit, & se consecuturum speraverit, quod animo præciperet, se Daniam propinquam Saxoniæ suæ esse conjuncturam.

Non

Non est igitur quod miretur Crantzius, cur Saxo Grammaticus maritimas tantum, & non etiam mediterraneas Saxonum res commemoret: Nam cum Saxo ex professo Danorum historias scribat, Saxonum res non alias tractavit, quam quas habuerunt implicatas cum Danicis, quæ proinde cum maritimæ omnes fuerint, satis arguunt, etiam mari proximos fuisse Saxones.

Cur Saxo Grammaticus mediterraneas Saxonum res non scripserit.

Etsi ergo præter Saxonem Grammaticum nullus extaret alius rerum Saxonicarum scriptor, tamen ex his ipsis maritimis, ad nostrum quidem propositum, satis argumenti esset ad probandum, quod ante Ermenfridum Saxones in Vesvaliam non venerint.

Longè plenius idem patet ex Vitekindo Saxone, qui mediterranea describit, &, ut supra dictum est, non modò primum Saxonum adventum ad Hadeleriam, sed & intermedias quoque res eorum gestas cum Thuringis & aliis nationibus, ad Ermenfridum usque summam commemorat.

Vitekindus Saxo monachus Corbejensis.

CAP. VII.

*Rerum gestarum ratione perperam
astruere Crantzium, Saxonum
sedem antiquissimam esse Vesva-
liam.*

A Ge igitur, quando ordo sic
postulat, ut causæ hujus effe-
ctus subjungatur, quoniam de per-
sonis jam vidimus, videamus
etiam de rebus. Ex actis igitur do-
ceat nos Crantzius, in Vesvalia
semper fuisse Saxones; proferat
aliqua eorum instituta insignia;
bella commemoret aliqua illustria,
quibus declaret, eos Vesvaliam
supra omnem hominum memo-
riam ante Ermenfidum armis ac
legibus coluisse.

Sed de institutis quidem (ne
nimis prolixi simus) infra com-
modiori loco acturi sumus, hic
res gestas discutiemus, quæ tales
pleræque sunt, quas Crantzius in
medium confert, ut aut ad Saxo-
nes omnino nihil pertineant, aut
etiam arguant, Saxones in Vesva-
lia tunc non egisse, cum ista fie-
rent.

Nec

Nec debet vigilantī lectori hoc non esse magnopere suspectum, quod Crantzius omnes res gestas Saxonum, quas Vitekindus tradidit, ad Ermentfridum usque prorsus omisit, excepta sola expeditione Britannica, & personas istas, quas Saxo Grammaticus in maritimis strenuas proposuit, unā cum aliis tanto temporis intervallo torpuisse innuit.

Crantzius mediterraneas Saxonum res à Vitekindo traditas consulto dissimulat.

Primam igitur rerum mediterranearum commemorationem sumit ab expeditione Cimbrica, ejus mentionem cum præcipue faciat eo fine, quo supra diximus, tamen ὁδὸν πρᾶσιον, & obiter etiam hoc addit, etiam Saxones fuisse in eorum exercitu: & ne quis hinc inferret id, quod res est, Saxones igitur Cimbris fuisse vicinos, ait, Cimbro Rheum trajecturos per mediam Vesvaliam fecisse iter, & Saxones sibi adjunxisse comites, ut inde appareat, illos in Vesvalia tunc habitasse; quod æquè ineprum est ac cætera, quæ supra confutata sunt.

Crantzius de expeditione Cimbrica ca.

Cimbrorum enim itinere, si curi commodius alibi disputavimus,

Cap. 12. lib. 1.

mus, ita hic dicimus, in Vesvalia
rum Saxones non egisse; omissis
enim argumentis aliis, quibus id
constat, rei præsentis absurditas
evincit.

Cim.
bros per
Vesva-
liam non
fecisse
per
6 cap. 5.
lib. 2.

Per Vesvaliam enim (si illic
Saxones tunc erant) fuerat non
modò per avia sed etiam per
terram hostilem Cimbro ducere:
Nam cum Crantzius Cimbro non
alios fuisse, quam Danos multis
paginis astruat, ut supra pater, &
Danorum hostes capitales sint Sa-
xones, ut ipse passim prædicat,
& Saxo Grammaticus testatur,
ipsaque res loquatur, quis cre-
dat, aut Saxones transitum con-
cessisse Cimbris, aut Cimbro
signa sua commisisse Saxoni-
bus?

Dicere enim non potest Cran-
tzius reconciliationem ullam fa-
ctam fuisse inter Saxones ac Da-
nos; cum paulo ante Cimbris
eam expeditionem in Dano tertio,
& paulo post eandem in Svertin-
go & Hanesfo diversum appareat,
ut apud Saxonem Grammaticum
videre est.

Verius igitur est, neque Danos
fuisse

fuisse Cimbros, neque Cimbros in Vesvalia repperisse Saxones; cum Cimbrorum iter per Vesvaliam non fuisse satis pateat ex Strabone: Danos autem non fuisse Cimbros cum supra allegatis argumentis, tum etiam hoc præfenti satis constat, quo hic apparet, Danos cum Saxonibus, tum præsentibus tum absentibus Cimbris, contendisse. Certè Saxo Grammaticus, si Cimbros agnovisset esse Danos, expeditionem tam memorabilem plenis ribiis ebuccinaret, qui eam nunc, ut ad Danos nihil attinentem, silentio præterit.

Nec Saxones igitur in Vesvalia egisse tum temporis vel ex hisce solis, quæ jam dicta sunt, abundè patet: nam quod Crantzius contrarium arguit, ex eo, quod ^{a Saxo} Strabo scribit, Drusum in Amasi ^{lib. i.} navali prælio adversus Bructeros ^{cap. 12.} rem egisse, quos partem Saxonum ipse facit, planè falsum est. Nunquam enim Bructeros, qui Drusi tempore in Vesvalia erant, a Saxonibus fuisse occupatos, satis locuples testis est Cornelius Tacitus, qui

qui Bructeros ab Angrivariis demum inde ejectos, & penitus excisos esse scribit; Angrivarios autem ad suam usque ætatem ibidem perdurasse.

Ætate
Corn.
Tacit.
Saxones
nondum
erant in
Vesvalia.

Pervenimus igitur jam usque ad ætatem Cornelii Taciti, hoc est, ad annum Christi centesimum, & manifestè videmus hætenus in Vesvaliam non venisse Saxones.

Tacitus
male ha-
bitus,

Nam quod idem Crantzius allegat de Batavorum bello sub Vespasianis contra Romanos suscepto, ut ad propositum nihil confert; ita Crantzii temeritatem arguit, qui asserit usquam testari Tacitum, vel Cattsos esse Saxones, vel Batavos esse Geldrenses.

Marcomannico autem bello Saxones interfuisse, si maximè probaret Crantzius, non tamen inde evinceret, eos in Vesvalia tunc egisse, cum etiam aliunde accedere potuerint, ut & aliæ multæ gentes.

Nam quod cum Francis eos piraticam exercuisse scribit, id in Nordalbingia potius, quam in Vesvalia eos tum habitasse arguit,
cum

Cum Saxones, ut & Franci, piratica abstinerint, ex quo in mediterranea venerunt, sicut & B. Rhenanus annotavit,

Nam quod Eutropius & Orosius apud eum à Valentiniano Cæsare Saxones debellatos esse scribit, id non de alia gente, quam de Frisiis intelligi posse, qui Saxonum nomine ob vicinitatem censiti sunt, ipse Grantzius, licet invitatus & ægrè, concessit, propter loci circumstantias, quæ Saxonie convenire non possunt; quanquam B. Rhenanus & Hadria. Junius id de Saxonibus Nordalbingiis intelligant.

Eodem etiam referendum est testimonium D. Hieronymi, quod alii aliter citant: Nam utcumque accipiatur, Franci inter Alemannos & Saxones ab eo rectè collocantur, cum Cauchi, quos Tacitus à Frisiis incipientes usque in Catos sinuari dicit, aliàs Frisii, aliàs Saxones dicantur.

Quæ cum ita sint, rectè Beda Anglo Saxones, qui Britanniam occuparunt, ex veteri Saxoniam veterique Anglia, quæ Juthiæ pro-

a Rer.
German.
lib. 1.
Saxonum
nomine
Frisi ap-
pellati.

b Saxo-
lib. 1.
cap. 17.

Anglo
Saxones
unde.

proximæ sunt, arcessit: quia scilicet in Vesvalia Saxones non erant.

Imò nec post expeditionem Britannicam, ubi Ermenfridum Saxones debellassent, in mediam Vesvaliam sunt immissi mox à Francis, quam ipsi tum non possidebant; sed stipendii loco acceperunt partem Thuringiæ, prope sylvam Herciniam & Unstrorum fluvium: ubi superest adhuc vestigium arcis Sassenburgh.

Arx Sassenburgh.
Longo-
bardorum
expeditio in
Italiam.

Clarius idem patet etiam ex Longobardorum expeditione, quibus in Italiam immigrantibus Saxones militarunt: satis enim declararunt, se ex trans Albinis profectos esse; cum reversi Suevos sedibus extrurbarint, quas illi à Saxonibus dudum relictas occuparant, quas ad littora Oceani, & in veteri Saxonia trans Albin fuisse, testatur Vitekindus Corbejen-
sis, & nec, Suevos ad mare olim fuisse dominatos, diffitetur Crantzius.

Lib. 1.

6 Saxon.
lib. 1.
cap. 28.

Saxones autem, cum relictis Longobardis ex Italia reversi sint anno post natalem Domini 582.
satis

fatis docuerunt ad illud usque tempus suas sedes non in Velvalia, sed trans Albi fuisse; unde liquet, quantum aberret à veritate Crantzius.

Mirum igitur est, quid acciderit Crantzio, qui, res Saxonum maritimas expendens, quas conservavit Saxo Gram. dolet, eorundem rebus mediterraneis nullum contigisse idoneum scriptorem, quæ maritimis longè etiamnum splendiores videri possint.

Hoc enim si Crantzius syncerè sensisset, facilè probasset, res mediterraneas Saxonum maritimis longè spendidiores esse.

Nam cum à portu Hadeleria-
no exorsi in extrema Saxonia se-
des primas fixissent, sudarunt sa-
tis, antequam ditionem suam in
Thuringiam usque prorogarent;
Nam cum trans Albina Saxonia
plures provincias contineat, ne-
mo credat, eos primo imperu om-
nes occupasse. Erant enim illis ad
mediterranea tendentibus à tergo
Dani, à fronte Thuringi, à late-
re Suevi & Vandali: quibus om-
nibus non modò resistere, sed &

Saxo-
num in-
pedimen-
ta in pro-
rogandis
finib.

sedes suas eripere non minimi negotii fuit.

Quamquam enim Danis Juthiam eripere non potuerint, Vandalis tamen ditiones plures, Suedis Angliam veterem, Thuringis Hedeleriam, & loca ei proxima ademertunt, ut infra plenius dicetur. ^a Nec enim Crantzio, quanquam confidentissimè asserenti, quisquam credat, Thuringos ad Hadeleriam agros nullos possedisse, cum id Vitekindus, & Albertus Stadensis, Godefridus Viterbiensis, & alii scriptores graves ac fide digni, & qui Crantzio sunt antiquiores, unanimiter testentur.

Hoc
cap.

Crantzio
Vitekindus
Grammatico
dissimulavit.

Itaque, ut ne harum rerum mediterraneorum relatione deprehendi posset Crantzio, Vitekindum satis astute dissimulavit, & res, quas tradidit, fabularum nomine traduxit: In quibus tamen cur Vitekindo minus adhibenda sit fides, quam Saxoni Grammatico in maritimis, equidem non video.

Quocirca, ut lector videat, Vitekindum summam saltem res Saxo-

Saxonum ab initio usque ad Er-
maenfridum fideliter, ac citra fa-
bulas tradidisse, locum ipsum
ex eo huc ad verbum transcribi-
bam. 6

6 Ex
lib. 1.

Is enim, cum diversas aliquot
opiniones de origine Saxonum re-
censuisset, de quibus nihil affir-
mans certi, lectori iudicium suum
liberum relinquit: Pro certo autem
novimus (inquit) Saxones his re-
„ gionibus navibus advectos, &
„ loco primum applicuisse, qui
„ usque hodie nuncupatur Hado-
„ laum: Incolis verò adventum
„ eorum graviter ferentibus, qui
„ Thuringi traduntur fuisse, ar-
„ ma contra eos movent: Saxoni-
„ bus verò acriter resistentibus,
„ portum obtinent. Diu deinde
„ inter se dimicantibus, & multis
„ hinc inde cadentibus, placuit
„ utrisque de pace tractare, foe-
„ dus inire; ictumque est foedus eo
„ pacto, quo haberent Saxones
„ vendendi emendique copiam,
„ cæterum ab agris, à cæde homi-
„ nam atque rapina abstinere:
„ stetitque illud foedus inviolabi-
„ liter multis diebus; cumque

„ Saxonibus defecisset pecunia;
 „ quod venderent aut emerent non
 „ habentibus, inutilem sibi pa-
 „ cem esse arbitrabantur.

„ Ea igitur tempestate contigit,
 „ adolescentem quendam egredi
 „ de navibus oneratum multo auro,
 „ simulque armillis aureis; cui ob-
 „ vius quidam Thuringorum, quid
 „ sibi vult (inquit) tam ingens
 „ aurum circa tuum famelicum
 „ collum? Emprorem (inquit) qua-
 „ ro, ad nihil aliud istud aurum
 „ gero; qui enim fame periclor,
 „ quo auro delecter. At ille qua-
 „ litatem quantitatemque pretii
 „ rogat: nullum (inquit Saxo)
 „ mihi est discrimen in pretio,
 „ quicquid dabis, gratum teneo.
 „ Ille verò subridens adolescentem,
 „ quid si, inquit, de isto pulvere
 „ sinum tibi impleo; erat enim
 „ in præsentis loco egesta humus
 „ plurima. Saxo nihil conctatus,
 „ apperit sinum & accepit hu-
 „ mum. ilicoque Thuringo tradit
 „ aurum: lætus uterque ad suos re-
 „ pedat. Thuringi Thuringum lau-
 „ dibus ad cælum tollunt, qui no-
 „ bili fraude Saxonem deceperit,
 „ for-

„fortunatumque eum inter omnes
 „mortales fuisse, qui vili pretio
 „tam ingens aurum possideret:
 „catenam certi de victoria de
 „Saxonibus jam quasi triumphaban-
 „bant. Interea Saxo privatus au-
 „ro, oneratus verò multa humo
 „appropiat navibus: sociis igitur
 „ei occurrentibus, & quid age-
 „ret admittantibus, alii eum irri-
 „dere ceperunt, amicorum alii
 „arguere, omnes pariter amen-
 „tem eum crediderunt. At ille
 „postulato silentio, Sequimini
 „(inquit) me, optimi Saxones,
 „& meam vobis amentiam pro-
 „babitur utilem. At illi, licet du-
 „bii, sequuntur tamen ducem:
 „ille autem sumpta humo, per
 „vicinos agros, quam potuit sub-
 „tiliter sparsit, & castrorum loca
 „occupavit.

„ Ut autem viderunt Thuringi
 „castra Saxonum, intolerabilis
 „res eis visa est, & , missis lega-
 „tis, conquesti sunt de rupto fœ-
 „dere ac violato pacto ex parte
 „Saxonum. Saxones respondent,
 „se hactenus fœdus inviolabiter
 „servasse, terram proprio auro

„ comparatam cum pace velle ob-
 „ tinere, aut certè armis defen-
 „ dere. His auditis, incolæ jam
 „ maledicebant aurum Saxoni-
 „ cum, & quem paulo ante feli-
 „ cem esse prædicabant, autho-
 „ rem perditionis suæ, suæque re-
 „ gionis fatentur. Ira deinde ac-
 „ censi, cæco Marte, siue ordine,
 „ & siue consilio irruunt in castra:
 „ Saxones verò parati, hostes ex-
 „ cipiunt, sternuntque, & rebus
 „ prosperè gestis, proxima circum
 „ circa loca jure belli obtinent. &c.
 Ex cujus verbis Crantzius illud
 arripit, quod de terra conse-
 minata dicitur, fabulam esse
 asserit, & quidem confictam oc-
 casione illius terræ, quam Saxo-
 nes acceperunt à Theodorico
 Francorum Rege: Ideoque rem
 gestam intelligi oportere in ad-
 ventu Saxonum sub Ermenfrido;
 quod quidem cum absurdum sit,
 uti supra contra Albertum Sta-
 densen ostendit, * concludit, Saxo-
 nes in Vesvalia semper fuisse, quia
 multa præclarè gesserunt ante tem-
 pora Ermenfridi.

* Cap. 3.
 lib. 2.

Atqui Crantzius, ut incauti
 lecto-

lectoris credulitate tuto atque securè abuti posset, authorem huius fabulæ curiosè supprimit: quem si usquam Vitekindum nominaret, facilè redargui posset; cum & res diversæ sint, quas Crantzius easdem videri vult, & in utrisque veritas, in neutris fabula sit.

Quo modo Crantzius videtur in supplantatione Vitekindi.

Res enim diversissimas esse, quis non videt, cum idem Vitekindus, qui utrasque tradit, alteram ab altera longissimè disjunctam separatim referat?

Diversæ res sunt Saxonum, quæ gesta sunt contra Turingos ad Haderiam, & quæ contra eosdem gesta sunt ad Unstroium fluvium.

Terram enim seminatam refert in primo accessu Saxonum, cum portum occupassent Haderianum: Agros acceptos refert in secundo Saxonum adventu, cum Albin fluvium transmisissent sub Ermenfrido.

Terram seminatam refert circa Haderiam in Holfaria; agros occupatos refert circa Herciniam sylvam ad Unstroium fluvium.

Terram seminatam refert occasione querendi tituli, quo rupto foedere terram hostilem occuparent: Agros acceptos refert in mercedem præstiti laboris.

Quibus consideratis, qua fronte

P 5

Crantz

Crantzius, res & temporibus, & locis, & personis, & causis longissimè separatas, easdem esse dicit? præsertim cum inter primam & secundam aliæ multæ in medio narrentur? Nam, postquam bellum Saxonum Virekindus retulisset, quod occasione hujus seminatae terræ inter Thuringos & Saxones coortum est, alia multa tradit de Thuringis obtruncatis, & eorum agris occupatis, item de expeditione Anglicana, & tum demum ad bellum Ermenfridianum venit.

Jam quid Crantzium impulit, non esse, ut fabulosum esse pronunciaret, id quod de terra seminata dicitur? nisi ut incautos a cogitatione primæ sedis Saxonum ad Hadeleriam, cujus gratia narratio suscipitur: Alioqui enim quid hic dicitur, quod nomen mereatur fabula? aut quod sic fieri per naturam non potuerit? Nam si foederis, quod cum hoste pacti erant, rumpendi ansam quærebant, quis neget, hanc illis fuisse commodissimam? Veteres enim, qui paganismi tenebris obæcati erant, de

teli.

felici conatuum suorum evento minus dubitabant, si bonum aliquod præcessisset omen. Quare si & Saxones, terra hoc modo emptâ, facto suo numen adesse rati, hostem superarunt, haud absurdè id eorum superstitioni tribuatur, quâ freni confidentius eum sunt aggressi.

Possem hujus generis exempla ex veterum historiis huc infinita congerere, nisi brevitati studerem, jam tribus tantum contentus ero.

Sidonii duce Didone, cùm advenæ ab indigenis Libycis aditu prohiberentur, ut ex Virgilio discimus, consimili superstitione conatibus suis omen aucupati sunt :

*Mercatique solum facti de nomine
Byrsam,*

*Taurino quantum possent circum-
dare tergo,*

Arcem extruxerunt, ejus præsidio indigenas in potestatem suam redigerent.

Idem fecerunt Duce Hengisto Saxones in Britannia, sicut plenissimè commemorat Galfridus Monemutensis : nec admodum

diffimilem historiam commemorat Hadrianus Junius de arce Brendenrodiana.

Quæ quidem omnia ac singula, cum fieri per naturam potuerint, si quis, authoribus subnixus, facta asserat, quid causæ est, quo redargui possit? Certè Godefridus Viterbiensis hanc Saxonum seminationem multis versibus prosequi non est dedignatus.

Denique si veteres, quibus scribendi usus non fuit, memoriæ causa rerum gestarum circumstantias insigni aliqua pictura commendare solent, ob cujus admirationem posteritas & libentius eas cognoscat, & fidelius conservet, cur earum accessione denegemus historiæ fidem, quæ earundem detractione non vitatur?

Detrahe enim supra positis exemplis id, quod videtur esse fabulosum de tergis bubulis, de terra seminata, & remanebit nuda veritas historiæ quæ declarabit, Sidosios, Saxones. Hengistum, & Hollandos in supradictis istis locis habuisse sedes: hoc enim in proposito nobis hic sufficit, qui
non

non de circumstantiis, sed de re ipsa contendimus, & quarimus in presenti proposito hoc nostro, non quando, quo modo, aut à quibus acceperint, sed an habuerint sedes ad Hadeleriam Saxones! In cæteris enim, si quis comperta referenti non credit, fidat oculis suis, & veritatem ipse proprius exquirat. In his enim quis tam impudens erit, nisi Cranzius sit, ut dicere audeat, fabulosas esse Saxonum sedes ad Hadeleriam, qui dudum ipse asseruerit, easdem à Carolo Magno, abductis inde Saxonibus, datas esse Obotritis?

a Lib. 2.
cap. 3.

Dicat quis, quid igitur accidit Davidi Chytræo, qui ubi mercedis loco agros Saxonibus à Theodorico Francorum Rege in Thuringia datos refert, b inde fabula (inquit) de agro, quem à Thuringis Saxones emerunt, nata est, quam initio annalium suorum Vittekindus & alii commemorant? hic enim fabulam agnoscendo subseribere videtur Cranzio, qui Saxones Catros & indigenas in Vesvalia facit, & advenas esse negat.

Davidis
Chytræi
sententia

b In sup-
plemento
Saxoniz.

Respondeo, Davidem, professionis sue memorem, modestissima civilitate lectori quasi digito indicare authorem voluisse, apud quem studiosus lector fabulam ipse discutere posset, dum Virekindi nomen edit, quod Crantzium suppressit, cum nemo tam stupidus sit, qui lecto Virekindo, non manifestissime deprehensurus sit, Crantzium à veritate longissime abesse: palam enim arguere Crantzium, quem ornandum suscepit, honeste non potuit.

Alioqui enim, Davidem Crantzio non subscribere in controversia de origine Saxonum, ex eodem opere clarissime demonstrari potest: primum enim inter decem conjecturas istas, apud Crantzium de Saxonica gentis origine positas, illam, quam Crantzius ipse solam probat, dum asserit, Saxones esse Cattos, duriores & alieniores aliis eruditis videri pari modestia prædicat: Deinde eodem Saxones paulatim à littoribus Oceani & ostia Albis introrsum versus progressos asserit, cum Crantzius asserat contrarium: postre-

postremo Vesvalos Saxonum colonos facit, quos Crantzius eorum parentes prædicat; sic ut huius viri iudicium hætenus in præsentī controversia pro nobis sit contra Crantzium, atque ita appareat, etiam rerum gestarum consideratione, Saxones usque ad Ermenfridum habitasse in prima eorum sede trans Albī fluvium.

Ideoque, quod Crantzius incautis (ut solet) inculcat, inquiens, Saxoni, Ptolemæo, Eutropio, Orofio, Hieronymo credendum esse, qui una voce testentur, Saxones in sua provincia diu ante Theodoricum concedisse, id ambiguitate discussa planè tenendum est; sua enim sedes Saxonibus ante Ermenfridum istorum autorum testimoniis non in Vesvalia, sicuti Crantzius videri vult, sed in Holsatia fuit. Ptolemæus enim, qui Saxones primus nomine suo appellavit, eos supra Cimbrorum dorsa, hoc est, in Holsatia collocat. Saxo etiam Grammaticus, qui in Sivaro Saxonum res maritimas terminat, non multo ante ætatem Ermenfridi, ibidem

Crantzius authorum testimonia intorquet contra ipsorum voluntatem

dem Saxonum sedem indicat :
& Eutropii, Orosii, atque Hieronymi ætate, qui multo tempore ante Ermenfridum natum defuncti sunt, Saxones in Vesvaliam nondum venisse supra satis declaratum est.

CAP. VIII.

*Crantzium Ratione loci ex Tacito
perperam astruere, Vesvaliam esse
primam & antiquissimam sedem
Saxonum.*

Crantzium
con-
tendit, Sa-
xones esse
Cattos
Taciti.

TEmporum, personarum, rerumque ratione Crantzius, quod voluit, evincere non potuit, Vesvaliam esse primam Saxonum sedem, nunc tentat id adstruere ratione loci, ubi admirandum est hominis ingenium, qui Saxones suos maluit supposititios esse Cattos, quam genuinos Macedones: Vesvaliam enim & ejus conterminia, dicit antiquam esse Saxoniam, & Cattos, quos Cornelius Tacitus (ut ait) ibi collocavit, contendit esse Saxones, quorum origo cum igno-

ta sit, Saxones merito indigenas
haberi oportere.

Hanc igitur assertionem suam
confirmare nititur autoritate
Cornelii Taciti, qui Germanos
asserit esse indigenas; • cuius
etiam verba fidei ergo recitat,
quæ nos supra posuimus & con-
futavimus. 6

« In opo-
re de mo-
ribus
Germa-
norum.

6 Lib. II
c. 5.

Hoc fundamento jacto infert,
Saxones eos esse, qui apud eun-
dem Tacitum dicuntur Catti.
Quod cum ex verbis Taciti (ut
ait) cuius colligere facillimum
sit, ex eodem libro ejus ver-
ba petita ibidem ponit: quæ &
nos hic proinde considerata ex-
hibemus, interlocuturi, exci-
tandi lectoris gratia, quoties opus
erit.

Hunc ego (inquit •) secutus
authorem, Saxones indigenam esse
gentem credo: sed alio ab autho-
ribus nomine appellatam, qui ve-
rustissimis scripsere temporibus,
Et Ptolemæus quidem primus
suo nomine Saxones dignatur, vir
Ægyptius Alexandrinus. Cæ-
terum qui ante illum Strabo, &
qui post eum Tacitus scripse-
re,

c In pro-
prio
Saxon

re, Catos appellavere gentem,
 quæ ab Herciniis montibus in
 plana descendit, & usque ad
 Rhenum propagatur.

Ecce amice lector, conjectat,
 Saxones alio nomine ab antiquissi-
 mis fuisse appellatos, & nec au-
 thorem, nec rationem conjecturæ
 sur ullam reddit. Deinde dicit
 Ptolemæum primum nominatim
 appellasse Saxones, cui mox veluti
 interpretes subjungit Strabonem
 ac Tacitum, qui de Saxonibus
 intelligi velint, id quod dixerunt
 de Cattis, quo nihil fingi potuit
 perversius: Sic enim se res habet.
 Primus inter hosce scriptores Stra-
 bo fuit, qui scripsit sub Augusto;
 secundus fuit Cornelius Tacitus,
 qui scripsit sub Trajano; tertius
 fuit Ptolemæus, qui scripsit sub
 Hadriano Cæsare: Saxones solus
 Ptolemæus nominat, Catos soli
 isti priores duo. Pergat jam Cran-
 tzius: Taciti (inquit) verba con-
 templemur. „ Ultra hos, inquit,
 „ Catti initium sedis ab Herci-
 „ nio saltu inchoant, non ita esu-
 „ sis & palustribus locis, ut ex-
 „ teræ civitates, in quas Germa-
 „ nia

„ Ibi-
 „ dem.

„nia patefcit, durant: ſiquidem,
 „colles paulatim rareſcunt: &
 „Cattos ſuos ſaltus Hercinius
 „proſequitur ſimul atque deponit.
 „Duriora genti corpora, & ſtricti
 „arrus, minax vultus & major
 „animi vigor, multæ (ut inter
 „Germanos) ſolertiæ & rationis,
 „præponere electos, audire præpo-
 „ſitos, noſſe ordines, intelligere
 „occaſiones, diſſerre imperus,
 „diſponere diem, vallare noctem,
 „fortunam inter dubia, virtutem
 „inter certa numerare. Hæc (in-
 „quit) certè Saxonibus congrue-
 „re, & de illa eſſe gente per-
 „ſcripta, qui animum advertit,
 „& ſine invidia iudicat, proti-
 „nus intelliget. In Hercinia enim
 „regio incipit, & cum rareſcen-
 „tibus montibus natio deducitur
 „uſque in Haſſiam atque Veſpha-
 „liam. Nam quæ nunc Saxonia
 „apud nos potiffimùm dicitur,
 „terra Brunſvicenſis, Magdebur-
 „genſis & Halberſtadenſis, ex
 „Vandalia capræ acceſſere Pro-
 „vinciæ Saxonix: quod ſuis lo-
 „cis monſtrabitur. Durant qui-
 „dem montes ad Viſurgum, &
 „illo

„ illo etiam transceso in Vesphe-
 „ liam perveniunt, in terram us-
 „ que Ducatus Montensis. Et (ut
 „ quandoque per errorem tran-
 „ scribentium, quandoque per stru-
 „ cturam externæ linguæ, nomi-
 „ num fiunt infractiones) non est
 „ longè à verisimilitudine si quis
 „ contendat, pro Saxi vocabulo
 „ esse usurpatum Catti: multas
 „ enim similes mutationes esse
 „ factas reminiscimur. Ergo,
 „ quæ multa Tacitus de Cattis
 „ præclara commemorat, gentis
 „ Saxonum propria esse contem-
 „ do.

Crantzii
 studium
 in cele-
 branda
 patria sua.

Ex his verbis lector videt, quo
 studio Crantzii versetur in cele-
 branda patria sua, eo nimirum,
 ut tu dubites, utrum ne de Saxo-
 nibus suis pejus mereatur, an de
 Cattis. Saxones enim quasi gen-
 tem obscuram, & imbellem sup-
 ponit Cattis, & plumis ornat
 alienis: Catros rerum præclare
 gestarum gloria, & virtutis elogio
 spoliât, quo Tacitus eos ob merita
 sua honoraverat. Authoribus suis
 interrim, quorum testimonia osten-
 rat, vim ac fraudem facit. Prole-
 maum

maxum enim transversim abripit; cui si acquiesceret, Saxones supra Cimbrorum dorfa in Holfatia collocaret. Tacitum obtorto collo trahit; apud quem cum Saxonum nomen non extet, confidentissimè dicit, de Saxonibus intelligi oportere, quæ ille de Cattis retulit.

Tribus argumentis id probare nititur. Primò, quod ex Cattis modica litterarum immutatione Saxi, & inde scilicet Saxones non incommode fiant. Secundo, quod in Saxones optimè quadrent omnia, quæ de Cattis à Tacito prædicantur. Postremo, quod & termini regionis ejus, quam Tacitus assignavit Cattis, ei regioni convenient, quam Vesvali & his finitimi incolunt: quibus utique nihil magis insulsum excogitari queat.

Nam si modica videtur hæc vocis inflexio, qua Saxones fiunt ex Cattis, haud scio, quid ex quo fieri non possit. Henricus Buntingius, qui Brunsvicensium Chronica Germanicè scripsit, Saxones à Cauchis mollius deduci posse arbi-

Tribus
argumen-
tis con-
tendit
Cran-
tzius,
Saxones
suos esse
Cattos
Cerne-
lli Tac-
ti.

Confuta-
tio Cran-
tzi.

arbitratur. Non video autem, quid certi tandem in historiis teneri queat, si scriptoris eloquentis verba interpretatione sua torquere cuiusvis liceat, quo libet.

Jam verò Tacitus infans non fuit, sed animi sui concepta differtè explicare potuit: Itaque & illa, quæ de Cattis dixit, de Cattis, quos norat, propriè intelligi voluit; de Saxonibus, quos non norat; nihil dixit. Et idcirco de his ex eo nihil intelligi potuit: Imò si Crantzius, positis affectibus, habitum, mores & instituta Saxonum cum iis conferat, ac recta balance ponderet, quæ Tacitus his verbis assignat Cattis, toto coelo ab his discrepare videat.

Crantz-
tius
Saxones
confun-
dit cum
Cattis.

Confusionem verò illam provinciarum à Crantzio factam æquo animo quis ferre possit, qui ex duabus nationibus unam facit, & Cattos cum Saxonibus confundit? Contemplemur verò argumentum Crantzii:

Situs Regionis (inquit) quam Cattis Tacitus assignavit, in ea durat hætenus, quam incolunt ho-

hodie Saxones: Ergo Saxones
idem sunt, quos Tacitus appel-
lavit Catros.

Atquæ hoc duobus nominibus
falsum est: Nec enim sequitur,
manet idem fundus; ergo manet
idem colonus: manet eadem do-
mus: ergo manet idem inquil-
nus: diversus enim eventus sæpe
versiculum proverbialem admi-
rantibus extorquet;

*O Domus antiqua quàm dispari
dominatis domino.*

Deinde Tacitus eandem regio-
nem, quam Saxones jam inco-
lunt, Cattis non assignavit; sed
istam, quam nunc tenent Hessi,
quam & propriis suis finibus cir-
cumscripsit, per quos & à Ves-
valis & Saxonibus notabiliter se-
paratur.

Vesvaliæ enim, quæ in medio
Hessiae atque Saxoniae sita est, Rhe-
nus Occidentalem plagam clau-
dit; Frisia & Ultrajectum Sep-
tentrionalem; Ortum Saxonia;
Meridiem montes Hessiae ex-
cipiunt.

Quo modo igitur Catii Saxo-
nes

Alia
Catto-
rum, alio
Saxonum
sedes.

nes erunt, cum etiam hodie Saxones ab Hessi diverſi ſint? & quo modo Cattorum fines includet Saxonia, cum ſuos etiam fines Hessi obtineant, per quos à Vesvalis & Saxonibus ſeparentur? Eandem autem nunc eſſe Heſſorum ſedem, quæ Cattorum olim fuit, cum ipſa verba Taciti, tum etiam gentis ipſius manifeſtæ reliquiæ teſtantur. Hinc enim vulgò Catzenelleboegii dicuntur, pro Carmelibocis, qui Melibocum Heſſiæ montem accolunt, ſuperſuntque adhuc aliquot arces tum Rhenum verſus, tum introrſum ſpectantes, quæ Cattorum memoriam conſervant.

Cum igitur gentes in ſuis ſedibus idem ſint, quod in ædibus inquilini, ut abſurdè colligas, eosdem nunc eſſe inquilinos, qui fuerunt olim, quia domum eandem ſuperſeſſe videas incolumem; ita etiam Crantzius ineptè colligit, eosdem jam eſſe Saxones, qui Tacito fuerunt Catti: quod idem nunc ſit, (ut ait) qui olim fuit, ſitus regionis iſtius, quam Cartis assignavit Tacitus. Quemadmodum

dum enim incolumi domo veteribus inquilinis novi; ita & eadem regione manente, gentibus antiquis novæ subinde sufficiuntur.

Cattos novit Tacitus, & iis regionem suam assignavit; manet eadem regio, sed post ætatem Taciti, Cattis ejectis, ejectores eorum non Saxones, sed Thuringi & Hessi regionem occuparunt: Catti ipsi expulsi, cum Alanis in Hispaniam profecti, Cathaloniam condiderunt, sicut B. Rhenanus adnotavit. Quare, si Saxones Catti erant, fateatur Crantzius in Hestia jam nullos esse.

Cattis Tacitus Uspios, Uspiiis Tencteros, Tencteris Bructeros finitimos facit. Manent quidem regiones eadem, sed gentibus istis illic aliæ successerunt: Uspios enim Francones; Tencteros Nassovii, ut Althamerus putat; certè Chamavi & Angrivarii Bructeros exciderunt, ut testatur ipse Tacitus.

Possẽ de cæteris omnibus gentibus, apud Cornelium Tacitum expressis, idem demonstrare; sed in proposito brevitas ergo sufficit

Q

de

de successione incolarum Vef-
valiæ Crantzii verba hic discute-
re, ubi docere nititur, Saxones in
Vafvalia aliquoties mutasse no-
men; eundem tamen semper fuisse
populum.

„Saxon.
lib. I. c.
23.

Quæ interim in mediterræ-
neis Saxonix gesta sunt, (in-
quit) silentio teguntur: ipse Ta-
citus, Augustæ scriptor historiæ,
nimium super his rebus tacitus est.
„Plinius autem in viginti rerum
„Germanicarum libris totus no-
„bis obmutuit.

„Nam, quæ per hæc tempora
„à Druso Nerone Augusti privig-
„no gesta sunt in Germania, in
„qua ille diu feliciter rem gessit,
„penitus non tenemus: nisi quod
„Strabo narrat, eundem ducem
„in Amasi rem navali prælio ges-
„sisse adversus Bructeros: pars
„fuit illa Saxonum. Nam Amasis
„Saxoniam perlabitur; in Chau-
„cis (hoc est Frisiis) mari mix-
„tus. Quis igitur neget, mediter-
„raneis Saxonibus ducem Roma-
„num conseruisse manus, quando
„etiam à mari tonans, in Amasi
„Bructeros, (hoc est fluminis ac-
„colas,

„colas, nunc dictos Vestphalos,
„olim Saxones, & ante Bruce-
„ros) perdomuit?

Animad vertenda autem hic est
astutia Crantzii in demonstranda
Saxonicae gentis antiquitate: nam, ^{Cran-}
cùm Bruce- ^{tzii astu-}
teros antiquissimos Ves- ^{tia.}
valia incolas ponit, videri vult
hos post Drusi victoriam mutato
nomine Saxones fuisse dictos.
Quos quoniam tum hinc ejectos
non fuisse constat, Saxones por-
rò dictos esse usque ad Carolum
Mag. & sub eo in gentis Saxo-
nicae divisione dictos fuisse Ves-
valos. Atque ita unam eandem-
que gentem, quamvis variato in-
terdum nomine, Vesvaliam ab ini-
tio incoluisse; quæ, tametsi nec ra-
tione, nec authore ullo nitantur,
& proinde dissimulari possent, ta-
men, præcavendi erroris causa,
paucis discutienda sunt.

Primum igitur Bruce- ^{Bruce-}
quissimos Vesvalia incolas & nos ^{non fue-}
etiam fate- ^{runt Sa-}
mur, & à Druso vi- ^{xones.}
ctos esse non negamus; sed hac
victoria nomen illis non esse mu-
ratum certò scimus, quod ultra
centum annos postea, hoc est,

usque ad ætatem Cornelii Taciti
salvum illis fuit : sed in hac herba
later anguis.

Primam Bructerorum calamita-
tem Crantzius proponit ; quia se-
dibus suis ipsos non expulit : se-
cundam dissimulavit , qua sedes
suas prorsus amiserunt. Idem enim
Tacitus , qui primam eorum cla-
dem refert , etiam secundam ce-
lebrat , ac dicit , Bructeros ab An-
grivariis ac Chamavis sedibus suis
expulsos , & prorsus excisos esse.
Hic igitur collabitur omnis illa
nominum mutatio , quam Cran-
tzius incolis Vesvaliæ nectit , &
verum non esse apparet , quod vel
ex Bructeris Saxones , vel ex
Saxonibus Vesvali dicti sint. Dein-
de apparet & id quoque , quod
Saxones in Vesvalia sedes non
habuerint : Nam nec Bructeri
(etiamsi Crantzius id dicat) Saxo-
nes erant , nec eorum victores
Angrivarii & Chamavi Saxones
erant , qui quos successores in Ves-
valia ad Carolum Magnum usque
habuerint , infra dicturi sumus.

Hic igitur notandum est , Cran-
tzius callidè suppressisse nomen
An-

Angrivariorum, quod si edidisset
 ipse suo indicio quasi forex permis-
 set; cum hinc vel stultus collige-
 ret, Saxones in Vesvalia saltem
 non esse indigenas, cum, Bructe-
 ris ejectis, Angrivarii & Cha-
 mavi novi advenæ successisse pro-
 ponerentur. Ideoque cum ex hoc
 faciti loco utique indubitatum
 sit, Angrivarios in Vesvalia esse
 advenas, quis non miretur, Cran-
 tizium, qui id non ignoravit, ubi-
 que horum nomine, quasi indi-
 genæ essent, ad Saxonum anti-
 quitatem demonstrandam uti? Hos
 enim facit Angilos Ptolemæi, &
 Anglos Bedæ, quos primùm in
 Angiros, deinde in Angrios vulgi
 ineptia depravatos esse dicit: Quo-
 rum patriam primùm Angriam,
 deinde Anglariam, tandem etiam
 Angliam vocat. Quæ proinde,
 cum nullo fundamento nitantur,
 propositum Crantzii confirmare
 non possunt.

CAP. IX.

*Crantzium ratione loci perperam ex
authoritate Bedæ astruere, Saxo-
num antiquissimam sedem esse
Vesvaliam.*

CRantzius porro cum in pro-
posito suo sibi obfuturum pro-
spiceret esse Bedam, qui ex pro-
fesso vetustissimam Saxonum se-
dem ad Hadeleriam collocat; un-
de celebri illa expeditione Saxo-
nes unà cum vicinis Anglis ac Vi-
tis in Britanniam evocatos esse
scribit; hunc ultro occupat, &
non minori dexteritate suum fa-
cit, quàm supra fecit Cornelium
Tacitum.

Itaque cum supradictos istos
tres populos in Britanniam venisse
dicat, eosque prorsus diversos fa-
ciat, Crantzius tamen hic non
tres, sed duos tantum populos esse
contendit, Saxones & Vitas, quos
ipse etiam Juthas vocat: nam
Anglos eisdem esse contendit cum
Saxonibus. Quod ideo facit, ut
antiquam Saxoniam persuadeat
esse

esse Vesvaliam, cujus nomine etiam ex Angria fingit Anglarium. In hoc dum est, totum capit 15. ex primo libro Bedæ de Anglorum historia proponit a in testimonium veritatis suæ, ubi singularem Crantzii industriam suis locis indicabimus: verba ejus interim hic proponemus.

a Saxo
lib. 1.
cap. 20.

„ Bedam (inquit) indigenam,
„ quem testem introduximus, his
„ de rebus scribentem, quia mul-
„ tis incomperta res est, Saxo-
„ nes Britanniam de suo nomine
„ (quod Angli dicerentur) dixisse
„ Angliam, audiamus: ut erube-
„ scant inscitiam suam, qui Saxo-
„ nes ex Britannia ortos fabulan-
„ tur: nescientes, Britones ex
„ Anglis Saxonibus Anglorum
„ nomen mutuasle.

Vide, lector, principium quod dedit adveniens; occupat enim mox Bedam, & ejus testimonio se demonstraturum esse promittit id, quod proponit, cum Beda id nunquam somniaverit. Quid igitur est vim Bedæ facere, si hoc non est? nusquam enim Beda dixit, Saxones dictos esse Anglos; imò

Beda te-
stimonia-
rium
Cran-
tzius per-
verse ac-
cipit.

LIBROS
DEL DR.
J. MARGO

Q 4

gen.

gentes diversas esse dixit, & alios Anglos, alios Saxones discreto nomine disertè appellavit, & nunquam dixit à Saxonibus, sed constanter ubique semper ab Angli Britanniam appellatam esse Angliam, ut ex ejus verbis infra citatis apparebit.

Deinde vide, quo supercilio inscitiam illis exprobrer, qui Saxones ex Britannia oriundos asserunt: cum tamen ipsi potius inscitia sint arguendi, qui factum id ignorant, ut infra clarissime apparebit.

Hæc igitur in præfatione, in explicatione Bedæ non dissimilia daturus est, quæ ut præsentì collatione deprehendi queant, prius ipsa Bedæ verba hic præmittemus, & his mox Crantzii interpretationem subjungemus; interlocuturi his, quantum instituti necessitas requirer. Qua in re ne quis fortè nos insyncerè versari putet, lectorem hic præmonere volumus, nos in allegatione Bedæ exemplar sequi, quod, ejusdem gentis aliquot historicis adjunctis, Lugduni in folio excudit Renatus Ro-

FRISIORUM LIB. II. 369

Rotulerius anno 1587. in allega-
tione verò Crantzii sequi exem-
plar Saxoniae Crantzii, quod in
octavâ excudit Colonia Gerunus
Calenius anno 1574. Cùm igitur
verba Bedæ ponenda esse dixerit
Crantzius, nos ea hic propone-
mus ex eo exemplari, de quo
supra admonuimus: ea verò sic
habent.

„Anno (inquit) ab incarnatio- Bedæ
„ne Domini quadringentesimo cap. 15.
„quadagesimo nono Martianus lib. 1.
„cum Valentiniano quadagesi- hist.
„mus sextus ab Augusto regnum Angl.
„adeptus, septem annis tenuit:
„Tunc Anglorum sive Saxonum
„gens invitata à rege præfato,
„Britanniam tribus longis navi-
„bus advehitur, & in orientali
„parte insulæ, jubente eodem re-
„ge, locum manendi, quasi pro
„patria pugnatura, re autem ve-
„ra hanc expugnatura, suscepit.
„Sic Beda.

„Crantzius ita: Anno (inquit)
„Domini 449. cùm Orientis im-
„perium teneret Martianus, &
„Valentinianus Augustus Occi-
„denti præflet, Anglorum sive

Q 5

„ Saxo:

370 De ORIGINE

„Saxonum gens, &c. in quibus inflectendis author viam stravisse censendus est ad ulteriorem Bedæ inflectionem, quæ sequitur.

ibid.

Subjicit autem Beda 4: Adveniant autem de tribus Germaniæ populis fortioribus, id est, Saxonibus, Anglis, Vitis. Ita Beda.

Cran-
tzius ex
populis
Bedæ ti-
tulos fa-
ciat.

Crantzius hoc modo: Adveniant autem de tribus Germaniæ titulis fortioribus, id est, de Saxonibus, Anglis, Jutis.

Hic duobus modis Bedam Crantzius inflexit: primo, quod pro populis titulos ponat; secundo, quod ex Vitis Jutas faciat.

Utumque autem ad institutum suum necessarium esse duxit: Crantzius enim ex tribus populis tres titulos ideo fabricat, quod non credat, plures nationes fuisse quam duas, quæ Britanniam occuparunt, Saxones scilicet ac Jutas. In Anglis enim & Saxonibus titulos duos, gentem unam vult intelligi, sicut etiam in Vitis &

Vitæ Ju-
tæ

Jutis: Vitæ enim Jutæ sunt, qui Cimbricam Chersonesum habitant, quæ hodiè Jutia dicitur, & vulgo Jutland / & incolæ ejus
die

die *Jutlanders*. Quemadmodum igitur gentem, ex *Jutia* profectam, æquivocè vel *Jutas*, vel *Vitas* appellare possis; ita etiam gentem, & *Saxonia* profectam, secundum *Crantzium*, vel *Saxones*, vel *Anglos* æquivocè nominare queas. Sic igitur *Crantzio* tres non populi, sed tituli fiunt, *Saxones*, *Angli*, *Jutæ*; priores duo ad gentem *Saxonicam*, tertius ad *Jutianam* pertinet. Hac igitur de causa titulos hosce duos genti *Saxonice* collegit, ut alterum eorum *Britanniæ* imponat, quo *Anglia* diceretur.

Dixerit fortassis aliquis, si alteri harum gentium *Saxonum* & *Anglorum*, alteri *Vitarum* & *Jutarum* titulos tribuimus, fieri simul titulos quatuor, ideoque machinam *Crantzii* non subsistere.

Respondeo, *Bedam* non nisi tres posuisse, & hunc numerum in textu palam non auxisse *Crantzium*, sed interpretatum duntaxat esse tertium glossa opportuna: sexcentos fore, qui id factum animadverturi non sint, si quis tamen id fortè observaverit, excusatio-

nem illi in promptu fore ex ipso Beda, fortiolem esse titulum Iutarum, quam Vitarum; clariolem enim hodie & magis celebrem. Mihi certè, Crantzii hunc locum sæpius relegenti, nunquam subolevit hæc rechina; sed nunc, ut curiosius ejus vestigiis insisterem, duplex me occasio impulit. Primum, ut Bedam à maculis vindicarem; deinde ut fontem oburatum referarem, ex quo pendet vera ratio de origine gentis Anglicæ atque Saxonice, cum illud ad Frisicæ quoque nostræ illustrationem necessarium sit. Quam indignum autem sit persona Crantzii, credulitate lectoris occupati ad hunc modum abuti, judicabunt alii. Discant autem hinc exemplo Joan. Goropii Becani, de quo infra plenius dicemus, qui veritatem quærunt, non temere aliundè citatis authorum testimoniis fidere, sed fontes ipsos inspiciant; cum Goropium, si scriptor seriùs esset, sui mentò pudere deberet, qui Crantzii his allegationibus confusus, Bedam ipsum non inspexit, & proinde hic turpissimè

erra-

Joan.
Gorop.
Becanus
à Cran-
tizio de-
ceptus.

erravit: nam Crantzii titulos am-
 plexus, Vitas non nominat, & ^{Diversi}
 Anglos ac Saxones eosdem præ- ^{populi}
 dicat, & consequenter veteris ^{Saxones,}
 Angliæ finibus trans Albinam, ^{Angli,}
 hoc est, veterem Saxoniam pene ^{Vita.}
 totam complectitur. Quod proin-
 de factum Goropii, ob singula-
 rem ac præsentem absurditatem,
 equidem non video quam alia
 ratione excusari possit, quàm jo-
 co, quo errores alienos quasi per
 Antiphrasin tuetur, sicuti & in
 Cimbris facit. Certè verò non ti-
 tulos, sed populos, & quidem di-
 versos tres hic intelligi oportere,
 idem, qui proposuit, sententiæ suæ
 optimus interpres Beda, perspi-
 cua distributione declarat.

„ De Vitarum (inquit) origi- ^{Ibid.}
 „ ne sunt Cantuarii & Vectuarii,
 „ hoc est, ea gens, quæ Vectam
 „ tenet insulam, & ea, quæ usque
 „ hodie in provincia occidenta-
 „ lium Saxonum Vitarum natio
 „ nominatur, posita contra ipsam
 „ insulam Vectam. De Saxoni-
 „ bus, id est, ea regione, quæ
 „ nunc antiquorum Saxonum co-
 „ gnominatur, veniunt Orientales

„ Saxones , Meridiani Saxones.
 „ Porro de Anglis, hoc est, illa
 „ patria, quæ Anglia dicitur, &
 „ ab eo tempore usque hodie ma-
 „ nere deserta inter provincias
 „ Vitarum & Saxonum perhibe-
 „ tur, Orientales Angli, Merfi,
 „ tota Northumbrorum progē-
 „ nies, hoc est, illarum gentium,
 „ quæ ad Boream Humbri flumi-
 „ nis inhabitant, cæterique Anglo-
 „ rum populi sunt orti. Hæc Beda.

In quibus Crantzius non admo-
 dum variat, nisi quod titulorum
 suorum memor, pro Vitis Jutas
 constanter ponat, non obstante,
 quod Etymologia, qua originis ra-
 tionem in gentium diversitate Be-
 da reddit, Vitarum nomen hic
 apertè flagitet.)

Cum igitur Beda tres gentes,
 Vitas, Anglos, ac Saxones ex
 Germania in Britanniam deducit,
 quas & nominibus diversas, &
 patria discretas, & regionibus de-
 mum in Anglia occupatis eviden-
 ter distinctas proponit, nos non
 modò præsens commentum Cran-
 tzii de titulis fraudulentum esse
 intelligimus, sed & ordinem quo-
 que

que apprehendimus, quo reliquos ejus errores commodè discutiamus; ut scire lector possit, qui Vitæ, qui Angli, qui Saxones apud Bedam sint, ubi singuli horum sedes suas habuerint, & ex quibus Britannia Angliæ nomen obtineat. Itaque de singulis ordine separatim hinc dicemus, ac primùm quidem de Vitis.

C A P. X.

Qui sint apud V. Bedam Vitæ, & cur apud Saxonem, & apud Crantizium appellentur Iuthæ.

DE Vitis nulla quæstio nobis futura erat, si Bedæ Crantizius acquievisset: nunc verò cum ob vicinitatem Anglorum scire debeamus, qui sint, & ubi morentur, & cur mutato nomine Iuthæ vocati sint, prima nobis horum cura fuit in his expeditis, faciliior sit cognitio reliquorum.

De Vitis autem ac Iuthis apud veteres Geographos nullam mentionem comperio. Alexander Hevilius

villius attestatur, Vitas à nonnullis Ibittos appellari, sed hoc ad rem nihil confert. Vitas interim ac Jutas eosdem esse, ex recentioribus pereipimus: Nam Albertus Crantzius eosdem, quos Beda Vitas appellat, Jutas interpretatur, eorumque patriam Iutiam facit, quæ olim Cimbrica Chersonesus dicta fuit. In quo illi Saxo Grammaticus, Andreas Althamerus, Bilibaldus, Brickhamerus, & communiter omnes recentiores suffragantur: Caspar porro Peucerus asserit, eosdem esse Iutas, & Gutas & Guthones; Petrus Parvus his & Gothos addit, de quibus postea videbimus.

Cùm igitur eadem hæc provincia quæ apud veteres Cimbrica Chersonesus, apud recentiores Iutia appellatur, ex diversis incolis diversa nomina sortita sit, de istis tantùm incolis hic nobis dispiciendum est, qui nomina sua illi indiderunt.

Itaque illa, quæ Crantzius de Danis, de Vandalis, & Saxonibus, hanc provinciam vicissim oc-

cu;

cupantibus, maximo conatu nugatus est, etiamsi vera essent, ut falsissima esse supra demonstravimus, ^a ad hoc institutum nostrum nihil pertinerent, cum per illos huic provinciae nomen mutatum non sit, ut vel Dania, vel Saxonia diceretur.

^a Lib. 2.
cap. 4.

Illud huc pertinet, quod Petrus Parvus Danus asserit, ^b Gothos olim hanc Chersonesum incoluisse, & ab horum nomine eam primum Gothiam, deinde Guthiam, & ad extremum Juthiam, per literarum transmutationem esse dictam. Illud etiam huc pertinet, quod Joannes Magnus Gorhus ^c asserit, à Juthone Saxonum duce Juthiam vel Juthoniam esse dictam. Sed utrumque hoc non nisi ad Juthas spectat, de Viris adhuc nihil; cum nobis in proposito sit perquirere, qui sint apud Bedam Viræ, & eundem dicantur apud Saxonem & Crantziam Juxæ.

^b In refutatione calum. Joane Mag. Gothi.

^c Gothi hist. lib. 2. cap. 2.

Maximè igitur illud huc pertinet, quod supra asseruimus, ^d ex nomine Wyt & Vitas & Juthas esse dictos, qui olim dicebantur Cim-

^d ca. 5. l. 2.

Cimbri in ista Chersoneso. Quod quidem ut appareat esse verum, primum hinc amovebimus Gothos, & deinde, quæ in Juthone considerata sunt, proponemus.

Nam sanè utrumque ex Gorhis Guthas, & ex his Juthas, imutatione literarum derives, huiusmodi tamen literarum conversioni fidere non licet, nisi manifesta rei gestæ historia fulciatur; cum diversarum rerum nomina non raro consimili affectione figurerentur. In proposito autem nostro ratio temporum non permittit, ut Juthas ex Gothis deductos esse arbitremur.

Juthæ
non sunt
ex Go-
this.

Nam cum istius Chersonësi incolæ discretis temporibus nomina sua mutaverint, ex ipsis intervallorum interstitiis clarissimeprehenditur, Juthas nequaquam dictos fuisse ex Gothis.

Cimbri
in Cher-
soneso
ista sunt
antiquissi-
mi.

Primum enim, si Chersonesus ipsa ex Cimbris Cimbrica dicta fuit, apparet, hoc nomen illi fuisse primitivum, & quo aliud antiquius nullum habuerit.

Trecentis enim totis ante Christum annis, cum Saxones eam duce

duce Iuthone occupassent, uti supra dictum est, Cimbrica ex Cimbris habitatoribus appellabatur, sicut ex Ephoro & Clitarcho apparet apud Strabonem, qui ea tempestate vixerunt; neque veris historiaram monumentis doceri potest, quod aut alios habitatores, aut aliud nomen unquam antea habuerit.

Itaque ergo, cum Cimbricum nomen huic genti vetustissimum sit, idem eidem etiam saluum permansit adhuc postea ducentis annis, hoc est, usque ad ætatem C. Marii, sub quo facta est expeditio Cimbrica, anno ante natum Christum centesimo undecimo.

Permansit idem eidem genti adhuc saluum postea quoque ducentis integris annis, id est, usque ad ætatem Cornelii Taciti, qui anno post Christum centesimo librum scripsit de moribus Germanorum, in quo gentem hanc solito nomine Cimbros, & ipsam Chersonesum Cimbricam appellavit, quo nomine etiam apud Strabonem, Plinium, Ptolemaum & Melam vocitantur.

Ta-

Tacito post annos 600. successit Venerabilis Beda, qui anno 730. Christi scribens, gentem hanc appellavit Vitas, ut ex supra allegato ejus loco patet.

Beda post annos 500. successit Saxo Grammaticus, qui anno post natum Christum 1200. scribens, eandem gentem Jutas appellavit, nomine in hunc usque diem usitato.

Quamquam igitur, ex Gothis Guthas, & ex Guthis Juthas, per literarum resolutionem fieri potuisse, quis contendat, tamen ita factos non esse, duobus argumentis evidenter apparet. Primum, quia præsens rei gestæ historia Juthonem hic designat, Gothos non item: Deinde, quia Gothi propriam habent originem suam, qui deducuntur ex Gerhis, non consonantis alicujus, sed vocalis mutatione, per quam e primum convertitur in o, & o demum in u; unde sive Getas, sive Gothos, sive Guthas dicas, eandem gentem dixeris, in qua tamen G in J nullibi mutatur; quod conversio eadem hinc ex Jutis ad radi-

radicem nominis non succedat,
ut pari analogia Jotas & Jeras di-
cas, qua dicis Jutas.

Hoc igitur cum ita sit, & ma-
nifesta historię veritas ex Cimbris
Vitas, ex Vitis Jutas faciat, nos
omissis Gothis, dispiciendum ar-
bitramur, quæ causa sit in his mu-
tati nominis, & quo modo ho-
rum posteriores ex prioribus de-
ducti sint.

Ex Juthone autem Chersone-
sum, quæ antea Cimbrica dice-
batur, Juthiam seu Juthoniam
esse dictam, ex Joan. Magno supra
audivimus. ^a

Hunc autem Juthonem Friso-
nis Ethnarchæ nostri fuisse filium,
qui primitivo nomine Wyt ap-
pellabatur, etiam supra declara-
vimus. ^b

^a Hoc
cod. cap.

Jutho
idem qui
& Vitho.

^b Cap. 5.
lib. 2.

Hujus verò Principis nomen,
ut à posteris variè transmutatum
fuit, ita & Vitis & Jutis origi-
nem præbuit.

In Frisia, ubi ob veterem He-
rois memoriam nomen ejus ce-
lebre, & utrique sexui communi-
ter hactenus usitatum est, qui id
referunt, viri quidem Wytse / foe-
minæ

minæ verò *Wpts* populari lingua dicuntur. Ad latini sermonis analogiam recentiores quidem Vitios & Vitfias, aut rectius Vitos ac Vitas dicunt, vetustiores Vittones proferunt, ut Saxo Grammaticus, qui Vittonis Frisici, qui istius Vithonis ex filio nepos fuit, navale prælium cum Danorum Rege Frothone primo narrat ^a: alii Vithones dicunt, ut Albert. Crantzius, qui S. Vithonem Frisium primum Osnaburgensem Episcopum facit, ^b quamquam ibi quædam exemplaria mendosè Vithonem habeant.

^a Dan.
hist. lib.
1.

^b Mc-
trop. lib.
1. cap. 2.

Quo modo igitur Cimbri ex huius nomine primum Vitæ, ac deinde etiam Jutæ dicti sint, hinc jam porro declarandum venit.

Itaque cum hic Wyr, ducta Bocchi Cimbrorum regis filia Cumera, in dotem à focero accepisset partem unam Cimbricæ Chersonesi, quæ nunc Ducatus Slesvicensis dicitur, pars hæc à novo domino tunc *Wptland* / hoc est, Viti terra, & subditi ejus Vitæ, id est, *Wptlanders* dicti sunt. Atque ita quidem Vitæ sunt

ex

ex Wyt, in quo nihil est absurdi, cum, & aliis provinciis nomina à dominis ac possessoribus imponi, novum non sit.

Ex eodem porrò nomine Wyt, ^{Jura ex} vulgari literarum transpositione, ^{Vitis.} Jura fiunt hoc modo.

Primum enim in Anagrammatismo syllabarum Vi & Ju, sua-vis est metathesis literarum, quæ & latinis auribus jucundè percipitur in vis & jus; utrumvis enim sumpseris, idem dixeris, quod Græcè *ἐξουσία*, latine potestatem generalius interpretari possis. Accursius in definitione tutelæ, cum hanc metathesin non intelligeret, & epexegesin illic factam non animadverteret, qua vis exponitur potestas, multa ineptè nugatus est de violenta potestate, quam tutores habeant in pupillos: Melius Theophylus, qui vim *δικαστοῦ* reddidit, & per epexegesin *ἐξουσίας* interpretatus est. Quæ res contentiosis ansam litigandi præbet, disputantibus, utrum vis eo loco rectius legatur, an jus; cum epexegetis ipsa utrumque ex æquo admittat: tantundem enim dixerit, qui tutelam dixe-

dixerit vim, atque is, qui dixerit potestatem.

Quemadmodum igitur in vis & jus, ita etiam in Vit & Jut idem anagrammaticus consimilem literarum metathesin admittit, unde porrò Vitæ, Jutæ; Vitia, Jutia; Vitho, Jutho; Vithonia, Juthonia pari consequentia dicuntur. In quem Anagrammaticum cum Gothici nominis ratio literarum Metathesin nullam admittat, satis evidenter patet, Jutas non esse dictos ex Gothis.

Aliaratio, quo ex Vitis fiunt Jutæ.

Et quamquam hac deductione Juthonici nominis in proposito contentus esse possem, tamen cum hæc à vulgi usu fortè remotior alicui videri possit, age ex alio fonte aliam proferamus, quæ ad vulgi caput proprius accedat.

Causam interim, ob quam ex Cimbris Vitas factos esse supra diximus, hic non repetimus; ex Vitis autem hac etiam ratione Jutæ fiunt.

In propriis hominum nominibus, quæ ab W incipiunt vulgari lingua, prius illud V converti solet

solet in G, sic ut pro W sonet Gu: ita enim ex Waltero Gualterus, ex Welfho Guelphus, ex Wilhelmo Guilhelmus, ex Wilberto Guibertus, ex Woda Guoda; & si ex Wytis Guitæ dicti sunt, qui successu temporis euphoniæ gratia abjecto i Gutæ remanserunt. Atque ita nihil mirum est ex Vitis Gutas, ex Vithone Guthones derivari.

Non absimili porro deductione ex Gutis Jutæ fiunt: est ea inter literas G & I cognatio in communi lingua Germanica, ut altera interdum alterius sonum exprimat, proprium amittat; ut, cum I scribitur, G pronuncietur, & vice versa I pronuncietur, cum G scribitur. Cujus quidem euphoniæ cacorelia nonnulli ex majestate magestatem, & majori magorem faciunt; quo modo etiam ex Julio Gulium, ex Juliaco Gulick fabricarunt. Sed ubi moderate fit, non absurdus sonus est, sicut ante omnes vocales fieri observatum est: sic enim scribimus Garyth, & pronunciamus Jarich; sic ex genua janua

Cognatio literarum G & I.

R

facta

facta est, ut est apud Æneam Sylvium de bello Cyprico; sic scribimus Gildu, & pronunciamus Jildu; sic scribimus Golle, & pronunciamus Jolle. Sic igitur scribimus Gutas, & pronunciamus Jutas; eodem modo etiam scribimus Guthones, & pronunciamus Juthones. Atque ita quidem apparet, Jutas ex Vitis, & Vitas ex Wyt esse dictos, usitata literarum transmutatione receptæ historiæ suffragante.

Obsecro.

Sed miretur hic fortasse quispiam, cur ita Cornelius Tacitus, neque Vitarum, neque Jutarum meminerit, si isti ex Wyt, sive Vithone, sive Juthone originem ducunt, cum is totis quadringentis annis ante ætatem Taciti floruisse proponatur? Deinde, quid causæ sit, cur Beda Vitas nominet, Jutas non item; cum utriusque nominis eadem origo asseratur?

Solutio.

Ad primum quod attinet, meminisse oportet, Vithoni, sive Juthoni non totam Chersonesum, sed partem ejus duntaxat unam in dotem fuisse assignatam, quæ ex
ejus

eius nomine Viti terra, hoc est, Wytland / ut & incolæ ejus die Wytlanders appellati sint, uti supra dictum est. De hac autem Viti terra inter Saxones ac Danos ob causam supradictam diuturna contentio fuit, qua in dies gliscente, & in majus crescente, cum, Cimbris altius implicitis, de tota tandem Chersoneso certari ceptum esset, etiam tota Chersonesus ad recordationem Vitonis Wytlandia, & demum etiam Jutlandia nominata fuit.

Controversia de Wytlandia.

Tota Chersonesus Wytlandia dicta.

Cum igitur ætate Taciti Cimabri adhuc Chersonesum obtinerent (etsi forte recens Vitarum & Jutarum nomen audiverit) ille consueto nomine Cimbros appellavit; tum quod id generale esset, tum etiam quod esset norum Romanis, quorum historiis locupletandis & illustrandis suas destinabat.

Bedam ideo Vitas tantum nominasse puto, quod Vitarum appellatio vicinior sit primitivo nomini Wyt, & proinde Cimbris per Danos jam oppressis diutius adhaerit, ut Jutarum nomen

Cur Beda tantum Vitas nominaverit.

R. 2

post

post ætatem Bedæ demum inoleverit, cum per literarum immutationem nomen authoris longius immutatum esset. Vel ideo fortè, quod, etsi Jutarum nomen fortè audiverit, Vitarum tamen nomine oportunius uti maluerit, ad conservandam rei gestæ memoriam in gratiam Frisiorum, cum & ipse origine Frisius esset: nam subditi isti Vithonis, quos ille ut colonos in Chersonesum recenter adveniens secum adduxerat, ex Frisiis & Saxonibus & Cauchis potissimum collecti, & communi nomine à Principe suo Vitæ appellati sunt. Cimbroscertè & Jutas apud diversos authores passim, Vitas nusquam, nisi apud solum Venerabilem Bedam, quod equidem meminerim, hætenus legi: apud hunc autem Vitas, & non Jutas legi oportere, satis ex eo liquet, quod horum natio ad suam usque ætatem nomen suum etiam in Britannia conservaverit.

Qui fiat igitur apud Bedam Vitæ, & cur iidem apud Saxonem & Crantzium dicantur Jutæ, & quod hi ipsi Cimbri quondam dicti
fuer

auerint, ex his, quæ dicta sunt, apparet.

Quorum sedem proinde esse eandem, quæ olim Chersonesus Cimbrica, nunc Jutia dicitur, uti nemo dubitare potest, ita paucis hic addendum est, eam esse peninsulam, quæ ab Austro Saxoniam antiquam, mediante tamen Eidora fluvio, ab Aquilone Oceanum Septentrionalem, ab Oriente mare Britannicum, ab Occidente mare Germanicum habet; quod ex Strabone, Ptolemæo, Tacito & aliis constat, ut vicinis Anglis & Saxonibus antiquis suas sedes rectè assignemus, de quibus jam porro dicendum restat.

C A P. XI.

Perperam asserere Crantzium, eosdem esse Anglos & Saxones, & quæ sit apud Crantzium, quæ sit apud Bedam vetus Anglia.

DEmonstratis igitur & illustratis ad hunc modum Viris, ordo postulat, ut consequenter jam diceremus de Anglis, quos

R 3

Be

Beda Vitis Occidentem versus proximè vicinos facit, & inter Vitas ac Saxones medios collocat: Sed quia Crantzius Anglos cum Saxonibus confundit, operæ precium esse videtur, ut prius hosce populos à confusione, Bedam à maculis, lectorem ab errore vindicemus.

Alii Angli, alii Saxones.

Crantzius enim cùm legisset apud Bedam, Anglos sive Saxones in Britanniam esse vocatos, eosdemque passim tum Anglos Saxones, tum Anglo Saxones appellari, ratus eosdem esse Anglos ac Saxones, ex nominibus eorum titulos confinxit, & opinionem, animo semel conceptam, pertinaciter urget, planeque contendit, unam eandemque gentem esse, quamvis nominibus diversos, Anglos ac Saxones.

Argumenta igitur, quibus hoc lectori persuadere voluit, nos, quo clarius conspici & certius dijudicari queant, in numerum conferemus, & ordine paucis confutabimus; quo facto declarabimus, quæ sit apud Crantzius, quæ sit apud Bedam vetus Anglia.

Cran-

Crantzius autem, ut persuadeat id quod intendit, quatuor fere argumentis utitur; quorum primum à communione nominis, secundum ab ejusdem nominis etymologia, tertium ab ipsius terræ situ, quartum à rebus ab ipsa Anglorum gente gestis petitum est: quæ tamen omnia ille ad solam Vævaliæ Angrivariam dirigit, ut ex subsequentibus apparebit.

4. Argum.
Crantzius contendit, Anglos & Saxones eisdem esse.

Ante omnia igitur, ne Crantzius hic solita verborum figulina nos ludificetur, admonere lectorem volumus, eos, quos Beda Anglos vocat, à Tacito Anglios, à Ptolemæo Angilos appellari: Angrios apud Bedam nullos esse, apud Tacitum & Ptolemæum eos Angrivarios appellari, & ab Angliis & Angilis istis utrobique diversos esse. Age igitur nunc audiamus Crantzium.

Distin-
ctio no-
minum
Angli,
Anglii,
& Angili
& Angili
qui &
Angriva-
rii.
1. Com-
munio
nominis.

Ac primum quidem de communione nominis: „Angli quidem (inquit) teste etiam Ptolemæo, vocati ab olim, sed ætatis progressu corrupto ut sit vocabulo, pro Angilis Angiri

„Saxon.
lib. 1.
cap. 27.

R 4

„dici

„dici ceperunt : quorum Princeps
 „Vitekindus posteris sæculis toti
 „Provinciae dominabatur, illo
 „tempore quo Magnus Carolus
 „Provinciam omnem Saxoniae ad
 „sacra Christi cogeret : hodieque
 „Principes Saxoniae se dices An-
 „griae & Vesphaliae praesunt in
 „titulis. Colonienfis quoque Ar-
 „chiepiscopus, ex die destituti
 „Henrici Leonis, illum sibi assum-
 „psit inscriptionis titulum.

Figmen-
 tum
 Crantzii.

Crantzii hic ex Anglis Bedae
 fabricat Angrios Vesvaliae, quos
 quia Saxones esse putat, infert,
 Anglos igitur & Saxones eosdem
 esse : Quod proinde ut ita esse de-
 claret, citat Ptolemaeum, qui re-
 stetur hos olim Angilos esse dictos,
 ex qua voce, successu temporis de-
 pravata, facti sint Anglii. Ubi quis
 non admiretur ingenium Crantzii,
 qui Ptolemaeum statuit veluti in-
 terpretem nominis Anglici, inter
 Bedam & posteros ejus; cum Pro-
 lemaeus non minus quingentis an-
 nis mortuus sit, antequam nascere-
 tur Beda. Itaque Ptolemaeus nihil
 minus testatur, quam Angrios
 Vesvalicos olim dictos fuisse An-
 gilos;

gilos; utpote qui Angilos, quos ipse vocat, Jutis proximos facit: Beda autem Ptolemaum secutus est, & quos ipse Anglos vocat, cum Ptolemæi Angilis eodem facit, & Jutis itidem vicinos constituit. De Angiris & Angriis, nec apud Ptolemaum, nec apud Bedam mentio ulla est: Ptolemaus Angrivarios ab Angilis, & Anglis illis longè diversos facit, & in Vesvalia collocat, ex quibus, voce paulatim depravata, Angrios esse deductos nemo dubitat. Quid igitur lector hic est consecutus, nisi merum figmentum Crantzii de Angiris? Cedo igitur commentum aliud:

„Vitekindus autem, (inquit figmentum
Crantzii Crantzius) cum rex illum Carolus baptizatum, in sua, uti diximus, provincia gubernare permetteret, ædificato in Anglaria (nunc Angriam vocant) insigni templo & cæt.

Ecce amice lector quàm bene sibi constet Crantzius, qui quos figmentum
Crantzii modò Angilos antiquitus, & inde Angiros fuisse dictos asseruit, eos-

dem hic jam olim Anglarios, & inde Angrios appellatos ait; utrumque autem sine ratione, sine teste.

^a Saxon. Lib. 2. cap. 20. „ Bedam, (inquit Crantzius) „ quem testem introduximus, his „ de rebus scribentem, quia mul- „ tis incomperta res est, Saxones „ Britanniam de suo nomine (quod „ Angli dicerentur) dixisse An- „ gliam audiamus.

Respicit Crantzius ad suos titulos, quos ex Bedæ populis fabricat. Itaque Bedam id nusquam dixisse, quod eum asseruisse Crantzius hic dicit, jam supra liquidò demonstravimus, ^b & alibi causas reddidimus, ^c cur ab Anglis, & non à Saxonibus Britannia nomen Angliæ obtineat.

^d Lib. 2. cap. 9. „ In Hen- „ gisto no- „ stro, & „ infra hoc „ eodem „ cap. „ Alios „ esse An- „ glos, & „ alios Sa- „ xones per „ se: subje- „ ctione au- „ tem An- „ glos esse „ Saxones, „ non au- „ Illud interim hic discutiendum venit, errare Crantzium, qui auctoritate malè intellecti Bedæ, asserit Saxones & Anglos eosdem esse, quia Saxones apud Bedam, ut ipse dicit, Angli dicerentur: Utrumque enim hoc falsum est; nusquam enim Beda Saxones dixit esse Anglos, sed satis clarè innuit, Anglos esse Saxones: cum statim in initio (ubi de Britannia occupa-

pato.

patoribus loquitur:) Angli (inquit) sive Saxones. Interim tamen hinc intelligi non voluit, eosdem esse Saxones & Anglos, quos ibidem ipse clarissima distinctione diversos esse demonstravit.

tem &
contra
Saxones
esse An-
glos.

Itaque, ut error Crantzii dilucide percipiatur, Angli recte dicuntur Saxones, at vero Saxones perperam dicuntur Angli; convincit id notabiliter ipsa dignitatis ac prerogativæ ratio, qua Saxones Anglis præponderant.

Meminit Crantzii supra, Svevos aliquando ad mare usque esse dominatos, & cum his bellum fuisse Saxonibus: certè Ptolemæus ibidem Svevos collocat, quibus, ut & alias nonnullas gentes, ita & Angilos suos subiecit. Eos igitur Saxones Svevis tandem partim pacto, partim bello abstraxerunt, & suæ dirioni subiecerunt, ut infra latius dicetur.

Cùm igitur subditi ab his denominari soleant, quibus parent, Angli isti, quamdiu Svevis suberant, Angli Svevi dicti sunt; postquam vero in Saxonum jus concesserunt, Angli Saxones appellati sunt: ex

R 6

quo

quo manifestè perspicitur, & diversas esse gentes Anglos & Saxones, quarum alia paret, alia imperat; & non rectè dici Saxones esse Anglos, quod non victores à victis, sed victi à victoribus in hoc genere denominari soleant. Sic enim cum iidem Saxones magnam Vandalicæ partem sibi subjecerint, Vandali isti rectè Saxones à victoribus, Saxones à victis ineptè Vandali dicantur. Huc accedit & illud, quod, cum Angli isti in diversas provincias olim distracti ac disseminati sint, ut infra dicetur latius, appellationem diversam sortiti sint à gentibus, in quarum clientelam concesserant: Itaque alii Angli Pomerani, alii Frisii, alii Germani dicti sunt, qui patria relicta, ad hæc nationes cogente necessitate confugerant: his nomen solitum remansit, ut Angli Saxones dicerentur, qui à Saxonibus denominantur.

Quibus proinde sic discussis, Bedæ tres populi sui Saxones, Angli, Viræ restituantur, & Crantzio tituli de manibus excutiantur, quorum figmento Saxones

nes eosdem esse cum Anglis vidiri
voluit.

Instat jam argumento secundo
Crantzius, & ex Etymologia no-
minis Anglici contendit, ex An-
gria Saxones esse profectos, qui
Angli dicebantur, & Britanniam
de nomine suo Angliam vocarunt,
& Saxonem Grammaticum deri-
det, quem & falso asserit scrip-
sisse, Angulum Dani fratrem Bri-
tanniæ nomen indidisse Angliæ.
Cujus proinde verba, ne quis nos
calumniari putet, hic propone-
mus conspicienda:

Ex ety-
mologia
nominis
Anglici
Crant-
tzius ar-
guit, cof-
dem esse
Saxones
& An-
glos.

Saxo Grammaticus, (inquit) a Dan.
Danicæ historiæ author, statim li. i. cap.
„ in initio libri primi: Dan igi.
„ tur & Angul, (inquit) à qui-
„ bus Danorum cepit origo, pa-
„ tre Humblo procreati, non so-
„ lum conditores gentis nostræ,
„ verum etiam rectores fuere. Et
„ paucis verbis interpositis (quæ
„ nos brevitatis causa hic omitti-
„ mus) subjicit: Ex quibus Angul
„ (à quo gentis Anglicæ princi-
„ pia manasse memoriæ proditum
„ est) nomen suum provinciæ, cui
„ præerat, aptandum curavit, levi

33 moimenti genere perennem sui
 33 notitiam traditurus: Cujus suc-
 33 cessores, postmodum Britannia
 33 potiti, priscum insulæ nomen no-
 33 vo patriæ suæ vocabulo permuta-
 33 runt; magni id factum à veteri-
 33 bus æstimatum, testis est Beda,
 33 non minima pars divini styli, qui
 33 in Anglia ortus, sanctissimis
 33 suorum voluminum thesauris res
 33 patrias sociare curæ habuit,
 33 æquè ad religionem pertinere
 33 judicans, patriæ facta literis il-
 33 lustrare, & res divinas con-
 33 scribere. Verùm à Dan, ut re-
 33 fert antiquitas Regum nostro-
 33 rum, stemmata, ceu quodam de-
 33 rivita principio, splendido suc-
 33 cessionis ordine profluxerunt.

Crant-
 zius ver-
 ba Saxo-
 nis fini-
 ste inter-
 pretatur.

a Dan.
 lib. 1.
 cap. 2.

Verba hæc Saxonis clara sunt
 & expedita, quæ tamen quo mo-
 do Crantzius lancinet, operæ pre-
 cium est audire. Qui, cùm in Da-
 nia sua verba hæc Saxonis recitas-
 set, ita subjecit: a Libuit (in-
 quit) in primordio authoris, quem
 sequimur, verba repetere. Sed
 hic circumspeditionem tuam Saxo
 requiro, qui arbitraris ab Angul
 Angliam dictam Britanniam.
 Ni-

Nimis longa est anticipatio hujus
 „ nominis. Anni supra mille in-
 „ tercesserunt ex hoc die, in illud
 „ tempus, quo insula ista insignis,
 „ quam dicis, primum Albion,
 „ inde Britannia, novissimè An-
 „ glia dicta est, ab Anglis Saxo-
 „ nibus, qui nomen suum genti
 „ intulerunt. Sic testantur omnes,
 „ qui de Anglia scripserunt. Et
 „ quibus armis potuit illa tempe-
 „ state vir Danus ad hoc pertin-
 „ gere, ut Angliam gubernaret,
 „ & de suo nomine diceret? præ-
 „ cipua enim rerum primordia
 „ semper sunt tenera. Sed esto,
 „ potuerit: Quis nescit, diu Bri-
 „ tanniam appellatam insulam,
 „ cùm illam intravit Jul. Cæsar?
 „ deinde Claudius Imp. qui filium
 „ ex ea appellavit Britannicum:
 „ & post illum Severus, qui etiam
 „ ibi fuit: novissimè Constan-
 „ tius, Magni Constantini pater,
 „ eodem loco mortuus & funera-
 „ tus in Eboraco est; & hoc no-
 „ men suum usque ad Anglos Sa-
 „ xones, sub Imp. Martiniano
 „ (teste Beda) Anglicos invictos
 „ tenuisse, ut semper Britones
 „ dice-

„dicerentur? Tum verò Anglos
 „Saxones suum vocabulum illi
 „indidisse, ut exinde Anglia di-
 „ceretur? Potuit Angul iste, si
 „ita vis, parti Jutiæ, quæ hodie
 „quoque Anglia dicitur, suum
 „reliquisse nomen, sed Britan-
 „niam ille non mutavit.

Hæc ille, quibus quid opus fue-
 rat, si Saxonem candidè ac syn-
 cerè accepisset? Saxo enim hoc
 dicit, quod Angul provinciæ,
 cui præerat, (isti scilicet quam
 Crantzius hic Jutiæ partem facit)
 nomen suum imposuerit, ut An-
 lia diceretur, posteros autem ejus,
 qui Angli dicti sunt, postea, Bri-
 tanniam cum occupassent, porro
 de nomine suo appellasse Angliam:
 in quo ut evidens veritas, ita
 prorsus nulla est obscuritas.

Sic enim & nostrates, qui à
 Frisone conditore suo Frisii dicun-
 tur, eadem illa expeditione Bri-
 tannica, Scotici maris insulam,
 quam occuparunt, de nomine suo
Frieslandt / hoc est, Frisiorum
 terram nominarunt, ad recorda-
 tionem patriæ suæ, quæ & hic
Frieslandt appellatur.

Cranz

Crantzius autem ita verba Saxonis accepit, ac si ille Angulum ipsum Britanniae nomen suum indidisse dixisset, quod est planè absurdissimum; ut magis etiam mirandum sit, quod Joannes Magnus Gothus, qui Saxonem & Crantzius legit, hunc locum ita acceperit, ut neutrum intellexisse videatur, sicuti nec Henricus Pantaleo, qui Gothum secutus est, asserens Angulum præfuisse Britanniae, quod utique nec Saxo dicit, nec Crantzius: quod inde illis accidisse videtur, quod Angliam veterem illam Jutiae proximam ignoraverint, unde profecti sunt, qui Britanniam nominarunt Angliam.

Ut autem ex vera nominis Anglici Etymologia declaremus, non ex Angria Vesvalica, sed ex Anglia Jutiana profectos esse, qui Britanniae nomen Angliae indiderunt, age Saxonem Grammaticum paucis examinemus, qui, si candidè tractetur, luce clarius nos docebit, quod requirimus.

Puto autem nominum Etymologias in quavis gente ex idioma-

Joan.
Magni
Gothi
101.

Henricus
Pantaleo-
nis error.

Vera scilicet
des Ang-
glorum,
qui Bri-
tanniae
nomen
suum in-
diderunt.

Etymo-
logia no-

te

num te populari æstimari oportere,
unde pe- quod vulgo usitatum, non ex vo-
cendz ce ascititia, quæ illi ad latini ser-
sint. monis analogiam qualemcunque
affingitur. Itaque non quærendum,
unde Anglia, Jutia, Frisia; sed
unde Engellandt / Jutlandt /
Frieslandt dicatur? nam statim
certa ratio popularem linguam
callenti dictabit, inde dici, quod
fit Anglorum, Jutarum, & Frisio-
rum terra, cum propriè hæ voces
id significent.

Cum itaque Saxo indicat, hanc
terram, cui Angul præfuit, à con-
ditore suo Angliam fuisse dictam,
obscurius docuit, quod voluit,
quia insitit Analogiæ latinæ, ex
qua non satis perspicuè intelligi-
tur primitiva nominis Etymolo-
gia, quæ vulgo nota erat.

Ideoque clarius dicturus erat,
si expressisset nomen conditoris ita,
ut populari lingua sonat apud
suos.

Engel enim vulgo dictus fuit,
qui apud Saxonem dicitur Angul,
cujus terra proinde iusta analogia
Engellandt dicta fuit, ut & sub-
diti die Engelschen / sive Engeln-
landers. Ne-

Angul,
Engel,
Angulus,
Angelus,
usitata
nomina

Nemo enim vel ignorat, vel ^{sunt Ger-} negare potest, toto illo Boreali ^{manis} terrarum tractu, qui inter Jutiam ^{Aquilo-} & Galliam est, usitatissimum esse, ^{naribus,} ut & alibi, nomen Engel; & quod utrique sexui communiter competit: & possemus, multis hujusmodi nominibus in medium productis, id probare, si dubium esset. Certè hic Angliæ Princeps Angul filiam habuit, quæ paterno nomine Engel dicta fuit; ex qua, in uxorem ducta, Geroldus Saxonis filius Syfridum procreavit, ex quo Ducum Saxoniorum genealogia recta linea descendit. Quin & ipsa Pandora illa, quæ Vortigernum istum Britanniae Epimetheum intoxicavit, Hengisti filia, ut quidam tradunt, Engela dicta fuit.

Nec verò perturbare quenquam debet, quod Angul in priori syllaba A, in posteriori V habeat; ^{Deductio} cum Engel in utraque habeat E: ^{nominis} cum hujus rei causæ justæ in promptu sint. Primum enim E, quod ^{Angul.} vulgo usitatum est, ratione latinæ analogiæ mutatur communiter in A, sicut & in consimilibus: Sic enim & hodie Britanniam vulgo

Engel.

Engellandt / latinè Angliam, sic partem Vefvaliæ vulgo Engeren, latinè Angriam; sic terram veterum Cattorum vulgo **Hessen** / latinè Haffiam vocamus: ideoque sic etiam vulgo **Engel** / latinè Angul, sicut & vulgo **Denen** / latinè Danos dicimus.

Deinde etiam in propriis hominum nominibus indifferenter A pro E, & vice versa utimur, ut patet in Adel & Edel, in Alef & Elef, in Hialmerus & Hielmerus, in Hialto & Hielto, & in consimilibus infinitis; quæ Frisiorum, Danorum, Svevorum, & Gothorum historias legentibus passim obvia sunt. Et ipsum etiam principis hujus nomen, de quo hic jam disputamus, hodie alii per E efferunt, ac dicunt, **Engelum**; alii efferunt per A, ac dicunt **Angelum**: & cum diversa nomina videantur, ob diversam scripturam, qui utriusque unam eandemque Etymologiam ignorant, **Angelum** interpretantur nuncium, quia nuncius græcè dicitur ἀγγεῖλον, quod & vulgo hodie persuasum est, ut qui **Engel** populari lingua

lingua dicitur, hic anglus latinè dicendus videatur, quia utrobique jam nomen hoc pro nuncio divino accipitur.

Porro autem, quod apud supradictas nationes Septentrionales in propriis nominibus sæpius V in E, & è contra E in V, mutetur, easdem historias legenti patet: Sic enim & pater hujus Principis, de quo agimus, Suevorum Gothorumque rex, qui apud Saxonem Grammaticum Humblus appellatur, apud Joannem Gothum aliàs Humulus aliàs Humelus vocatur; ut, etiam hunc Principem Engelum fuisse dictum, nemo debeat mirari.

Certè, quod ista terra, cui Angul hic præfuit, in utraque syllaba e habuerit, & Engellandt dicta fuerit, ex coloniis ejus liquiddò apparet, quæ omnes hanc vocalem repræsentant: Hujusmodi autem sunt Englehem in Pomerania; Englum in Frisia; Engelheim / Engelthal / Engellstad in Germania, sicuti infra latius dicemus *.

Quemadmodum igitur Frieslandt

* Cap.
eodem
lib. eod.
infra.

landt à Frifone, Juthlandt à Juthone; ita etiam Engellandt ab Engelo primo conditore suo nomen obtinuit. Illa inquam provincia Juriæ proxima, cui Angulum præfuiſſe declarat Saxo Grammaticus, qui idem etiam ab hujus fratre Dano primo ejus conditore Daniam appellatam ſcribit, qui & ipſe Dan, vulgo Den appellatus fuit, a in e longum murato, quod provinciæ nomen aperte reſtatur, quæ vulgo hæcenus Denemmerchen appellatur, ut & incolæ ipſi Denen.

Hæc ut perſpicua veritate nuntuntur, (quia ex uſu populari petita ſunt) ita ſanis ingeniis abſurda videri nullo modo debent: nec enim inuſitatum eſt, caſtra, civitates, provincias & alia loca conditorum nominibus inſigniri; neque inſolitum nomen eſt, vel Engeli apud Anglos Jutianos, & alibi, ut ſupra dictum eſt, vel Deni apud Danos, apud quos poſt primum hunc duos adhuc ejus nominis Reges fuiſſe ex eodem Saxone dicimus.

Joan.
Goropii
nugæ,

Quod igitur Joannes Goropius
Beca-

Becanus hic adversus Saxonem Grammaticum, ut & alibi adversus alios nugatus est, id neque lectori sano credendum, neque nobis refellendum est, utpote quod in opere joculari non docendi, sed delectandi lectoris gratia lusum est.

Alioqui enim quis hominem quenuquam, nedum Goropium, tam impudentem fore credat, ut serio cunctis pene historiographis fidem adimeret, sibi soli assereret; etymologis ferme ubique sua probaret, quibus etiam rectis ac sinceris, nedum commentitiis & ex populari lingua confectis, nunquam vir modestus ullus multum tribuit; ea denique negaret, quæ omnes probant; ea assereret, quæ omnes negant?

In proposito enim nostro, quod ad Saxonem Grammaticum attinet, quis cum Demosthenes aut Cicero (si quidem serio locutum fateatur) ab effroni impudentia defendat, ubi dicit, Saxonem toto opere suo usque ad Carolum Magnum, nihil adferre præter fabulas, & plus quàm anilia deliramenta.

menta, cùm id falsissimum esse præsens Frisicorum, Svevicorum, & Gothicorum annalium collatio evidentissimè demonstret?

Quis autem seriò locutum credat, nisi qui ipse sit impendio stultus, ubi Etymologiam reddit nominum Dan & Angul?

Quis denique stomacho tam parienti sit, ut concoquere possit (nisi ut joco dicta accipiat) ubi à Saxone prolata veluti falsa deridet, quæ non modò scriptorum consensu, sed & experientia ipsa probantur, & sua tanquam vera proponit, quæ contrario scriptorum consensu & experientia confutantur?

Hoc igitur nostrum de Goropio iudicium, quod & antea tulimus & hic repetimus, si quis fortè non recipit, eumque non jocularium, sed serium opus reliquisse contendit, huic respondemus primum, quod Philosophus nos docuit, contra negantem principia non esse disputandum: Nam qui Saxo- nem res patrias scribentem illis excutit, quorum res cum Danicis fortuna conjunxit, is pluribus gen-
tribus

tibus injuriam facit non minorem ,
quàm si se defensuris gladium eri-
peret ; cùm harum probationes
contra Goropium ex Saxone pe-
tendæ sint. Deinde & hoc dici-
mus, Goropio in his, quæ contra
Saxonem disputat, in proposito
nostro, propter evidentem absur-
ditatem, nihilo plus deberi fidei,
quàm Anaxagoræ asserenti, picem
esse candidam, & nivem atram ;
quod contrarium esse videntibus
oculi sui, cæcis testimonia sano-
rum indicant. Si quis tamen se-
rium scriptorem esse contendat,
huic nos serio responsuri sumus
saltem in proposito nostro.

Cùm itaque Britanniam ab his
potissimum denominatam esse An-
gliam consentaneum sit, quorum
nomen ipsa proximè representat,
quis dubitet, hos Anglos fuisse Be-
danos, qui ex Anglia illa Iutiana
profecti, & Britannia potiti, ut
Saxo dicit, priscum insulæ nomen
novo patriæ suæ vocabulo permu-
tarunt : utpote cùm etiam pro-
vincia utrobique & Engellandt/
& utriusque incolæ die Engel-
sche sive die Engellanders nomi-
nen.

Britannia
denomi-
nata An-
glia ab
Anglis
Iutianis,
de quibus
Beda.

pentur? In Vesvalia enim neque Engellandt / neque die Engelsche aut Engellanders habitare quisquam audivit: Angrii enim isti Vesvalici die Engeren / ut & patria eorum vulgo semper Engeren dicta fuit.

Ex situ
loci
Cran-
tzius ar-
guit, eos-
dem esse
Saxones
& An-
glos.

Urget porro Crantzius argumen-
tum tertium, & e situ loci de-
monstraturum se putat, eosdem
esse Anglos ac Saxones: nam cum
Angriam suam ex Anglia Bedana
fabricet, eamque in Vesvalia col-
locet, quam Saxoniam vocat,
infert, Anglos esse Saxones, & que
scilicet ac Angrii sunt Vesvali.

Sed cum Beda asserit, Anglos
suos ad mare Septentrionale pro-
pe Iuthiam esse, eosque collocet
medios inter Vitas ac Saxones,
loci situs hic docet, Angrios Ves-
valicos non esse Anglos Bedæ:
Angrii enim isti Vesvalici non
maritimi sunt, sed mediterranei;
& in Vesvalia neque Saxones al-
li sunt, neque Vitas, qui An-
griorum latus utrimque claudant.

A rebus
gestis
Cran-

Restat argumentum quartum à
rebus gestis ductum; nam cum
Beda dicat, ut supra vidimus,

An-

Anglorum patriam, unde in Britanniam immigrarunt, ad suam usque ætatem jacuisse desertam: Crantzins id quasi de Angria sua dictum accipiens, confidenter negat, eam unquam jacuisse desertam vel cultoribus fuisse vacuatam.

tzius arguit, eodem esse Saxones & Anglos. Anglia Bedæ deserta, Angria Crantzii non item.

Sentit fortasse Crantzins de colonis, quas Vesvalia singulis annis in longinquas regiones magno proventu educit, sicut testatur Varnerus Vesvalus in laude antiquæ Saxoniae sive Vesvaliae.

Longè alia res fuit, quam narrat Beda de Anglis Iutianis: hi enim per expeditionem Britannicam suam patriam prorsus deseruerunt, nullis in ea cultoribus relictis.

Primum enim Angli isti, quibus aliàs cum Danis, aliàs cum Saxonibus, continue autem cum Oceano bellum erat, perterriti patriæ suæ, cum à Britannis invitarentur, spe melioris conditionis ac fortunæ, cum tota gente in Britanniam navigarunt, (præmissis tamen tribus longis navibus,

bus, quæ bellatores ferebant) quod Saxones ac Jutæ non fecerunt. Deinde cùm Britones primo commisso prælio, quo Horsus occubuit, advenas ferè omnes Britannia exturbassent, Anglorum tamen aliquam partem in fide retinuerunt, quod hisce auxilii contra Pictos & Schotos præstiti primis authoribus (ut videntur) se stipendiorum ratione nonnihil obligatos agnoscerent.

Angli
Britannia
expulsi in
diversas
 terras di-
spargun-
tur.

Jutæ igitur, qui ejecti erant, in Jutiam, & Saxones consimiliter in Saxoniam suam redierunt; Angli soli in patriam redire noluerunt, vel ob causas jam supra dictas, vel quod alibi meliores sedes invenirent, vel etiam quod se contrerraneorum suorum opera in Britanniam aliquando reversuros sperarent. Itaque alii aliò per Germaniam dispersi sunt; ab his Anglehem in Pomerania; ab his in Germania Engelstadium, **Engelheim** / **Engelthall** & similia, non desunt, qui profecta suspicantur, inter quos & Andreas Althamerus est. Magnam certè Anglorum copiam ex Britannia, duce

duce Hengisto, in Frisiam tunc
 trajecisse ex annalibus nostris in-
 telligimus: Hengistus enim, qui
 expeditionis Britannicæ Dux erat,
 quod hospitio & auxilio horum
 Anglorum diu usus esset, gratitu-
 dinis ergo libenter eis in Frisia
 locum dari à suis impetravit;
 maxime cum & horum, & illo-
 rum, qui in Britannia remanserant,
 conjuncta opera se tandem ali-
 quando Britannia potiturum spe-
 raret, quod & factum est. Itaque
 Angli isti tunc in Vestergoa, pro-
 pe veterem civitatem Tutgon-
 gam, quæ, per Danos postea va-
 stata, Bellocomum dici cepit,
 vicum condiderunt, non longè à
 brachio maris Mediterranei, quod
 & nunc alluvione coaluit, ex
 opposito fere Leovardix, qui En-
 glum sive Engelhemum in hodie-
 num usque diem dicitur. In eo
 Angli non infeliciter egerunt,
 usque ad Dagoberti patrem Olo-
 tarium Francorum regem, sub
 quo hi potissimum soli luerunt pœ-
 nas, quas communis Frisia per
 suum Regem Beroaldum comme-
 ruerat, qui ad internecionem pe-

Hengi-
 stus An-
 glos ex
 Britannia
 in Fri-
 siam du-
 cit.

Enge-
 lum pa-
 gus Frisia.

Dago-
bertus
Franco-
rum Rex
interficit
Anglos
Frilos.

ne omnes deleti sunt, sicuti testatur etiam in Fasciculo temporum Varnerus Vesvalus idem, qui scripsit laudem antiquæ Saxonie, seu Vesvalie. Is ad annum Christi 630. Dagobertus (inquit) Rex Francie interfecit Anglicos, qui tunc Saxones dicebantur, omnes excedentes mensuram gladii sui: putant quidam, quod hæc crudelitas Francorum fuit causa æternæ invidentiæ & dissentionis Anglorum contra Francigenas. Ita ille. Ubi Dagoberto factum patris ascribit: Etsi enim Dagobertus occasionem huic bello dederit, pater tamen ejus Clotharius rem gessit; quod non modò ex archivis nostris, sed & ex Gregorio Turonensi, ex Annonio, Sigeberto, Nauclero & aliis multis constat.

Bedam
Crantz.
perperam
exponit.

Cum igitur Crantzius neget, Angriam suam unquam cultoribus fuisse vacuatam aut jacuisse desertam, agnoscit nimirum ex Vesvalia non prodiisse Anglos istos, qui Britannie nomen indiderunt. Quod igitur Crantzius supra dicit, omnes testari, qui de Anglia scripse-

seripserunt, quod insula ista insignis primum Albion, inde Britannia, novissimè Anglia dicta sit ab Anglis Saxonibus, qui nomen suum genti intulerunt, verum id quidem est; sed eo sensu Anglos Saxones accipiunt, quo Beda proposuit, Saxo retulit, quo omnes non ignavi, non perversi intelligunt, hoc est, pro duobus, non titulis, ut Crantzius, sed populis, iis scilicet, qui cum finitimis eorum Vitis sive Jutis Britanniam occupaverunt, & ut erant tres discretæ gentes, ita etiam tres discretas in Britannia possessiones acceperunt, quas Beda disertè indicat. Hac significatione etiam in patria sua diversas tres fuisse gentes, Saxones & Anglos & Vitas sive Jutas, præfens locorum situs, trifariam distinctus, in hodiernum usque diem restatur, eo planè modo, quo scripsit Beda, ut supra demonstravimus. His igitur ita discussis, restat id, quod ultimo loco nobis proposueramus, ut paucis indicemus, quæ sit apud Crantizium, quæ sit apud Bedam vetus Anglia.

Angli
Britanni
Saxones
Juti
Cran-
tium
Anglia
Bedam
Anglia

Quæ sit
apud Be-
dam, quæ
sit apud
Cran-
tium ve-
tus An-
glia.

Crantzius autem, quanquam pertinaciter urgeat propositum suum, quo ex Angria Angliam fabricet; agnoscit tamen etiam veterem illam Bedæ Angliam: Angriæ enim Saxonum Ducem Vitekindum, Angliæ Dani fratrem Angulum præponit; Angriam in Vesvalia, Angliam prope Juthiam collocat: ex quo facile quivis judicabit, qua sinceritate Crantzius lectori Angriam commender. Interim verò, cum diversi authores de situ veteris Angliæ diversa tradiderint, nos omiſſis opinionum fluctibus, Bedam paucis considerabimus, quo discussa veritas apparebit.

De Anglia veteri
diversæ
autho-
rum tra-
ditiones.

Anglo-
rum vete-
rum sedes
ex Beda.

Beda igitur, qui Anglos suos Britannicos hinc educit, Anglos veteres Saxonibus ac Jutis utrimque conterminos facit, ipsamque Angliam veterem inter antiquam Saxoniam ac Juthiam collocat mediam, à quo Crantzius adeo non dissentit, ut eam Jutiæ partem faciat, sicuti modò dictum est, ita ut horum consensu Anglus ab altero latere Vitæ sive Jutæ, ab altero Saxones proximè finitimi sint.

Dani

FRISIORUM LIB II. 417

Dani etiam, qui Jutiam hodie possident, & proinde vicinos suos optimè norunt, eodem loco veterem hanc Anglorum sedem monstrant, quæ inter Jutiam & Holsatiam Saxonum in angulo sita est, & Slia flumine ac oppido ab una parte clauditur, ab altera verò sinu freti atque urbis Flensburgensis terminatur: quam rem etiam ex Eguinarti historia temporum adnotavit Adamus Bremenensis lib. 1. cap. 4.

Huc etiam veteres Romanorum scriptores collimant, Prolemæus & Cornelius Tacitus: Prolemæus enim nominat disertè Angilos his in locis; Tacitus autem Anglios, & his etiam conjunctos nominat Arios, Elisios, Monimos, qui etiam hodiè appellationem retinent, nimirum Ar, Alsen, Monæ, quæ sunt vicinæ insulæ subjectæ Regi Daniæ in Ducatu Slesvicensi.

Cum his congruunt Cimbrorum, Danorum, & Frisiorum Annales: congruunt etiam Henricus Glareanus, Bilibaldus, Birckhaimerus, & quotquot præterea

sunt diligentiores veterum Geographorum interpretes. Ut jam nulli dubium esse possit, Angliam Bedæ & Angriam Crantzii, ut nomine, ita & loco diversas esse; utpote cum Anglia Juthiæ, Angria Vesvaliæ pars sit, vel teste Crantzio, & proinde veritatem investiganti, in præsentis controversia, Bedæ vestigiis insistendum sit: Ignorantia enim hujus veteris Angliæ, ex qua Britannia postmodum Anglia dicta est, communes Germanorum historias mirum in modum perturbavit, ut in historia Hengisti demonstraturi sumus.

Ignorantia veteris Angliæ multos errores in historiis Germanorum peperit.

C A P. XII.

Aliam esse Saxoniam antiquam apud Crantziū, aliam apud Bedam, & cui in hærendum sit.

Postquam Anglos à Saxonibus discrevimus, & Bedæ tres populos suos asseruimus, ut manifestè jam appareat, diversos esse Vitas, Anglos ac Saxones, sicuti à Beda

Beda sunt propositi, restat jam, ut declaremus, alios esse Saxones antiquos apud Bedam, alios apud Crantziū, & cui potissimum adhærere debeamus.

Crantziū autem non alibi quàm in Vesvalia Saxoniam antiquam collocare, ex supradictis ejus allegationibus nulli dubium esse potest: Quam ejus opinionem nos jam temporum, personarum rerumque ratione satis evidenter confutavimus; restat jam controversia quarta, quam movet occasione loci. Eo enim ipso, quo Saxones ex Cattis, Anglos ex Angriis fingit, antiquam Saxoniam non alibi quàm in Vesvalia collocat. Ceterum quia hæc non argumenta, sed figmenta sunt, quæ & satis dilucidè confutavimus, relicto Crantzio, transibimus hinc ad Bedam, cujus ductu certius ad veritatem historię perveniemus.

Beda enim, cum Saxones antiquos Anglis, ut & ipsos Anglos Vitæ proximè vicinos facit, non longè à Jutia ponit, longissimo certè intervallo disjungit à Vesvalia.

S 6

Nam

Locū 12.
tione
Cran-
tzius ar-
guit, Sa-
xones &
Anglos
eosdem
esse.

Tres
Saxonum
sedes.

Cap. 3.
lib. 2.

Nam cum tres diversas Saxo-
num sedes supra ex vulgari scri-
ptorum traditione constituerimus,
harum primam duntaxat Beda
novit & tertiam, secundam non
novit: Osvaliam enim Saxones
tempore Bedæ jam tenebant, Ves-
valiam nunquam consequuti sunt,
ut infra patebit; ideoque compa-
ratione tertiæ primam illam vo-
cat antiquorum Saxonum terram,
ex qua Anglos Saxones in Britan-
niam venisse dicit. Huc igitur per-
tinet illa D. Bonifacii epistola,
qua Anglorum regem ad castita-
tem extimulat exemplo majorum
suorum: nam hi veteres Saxones
itidem atque Frisii libidinem se-
verissimè coercerant. Ideoque er-
rant, qui eam referunt ad Ves-
valiam, cum Angli Britannici ex
Anglia Vesvalica originem non
ducant, ipsique Vesvali, ne Saxo-
nes quidem, nedum antiqui Saxo-
nes sint. Bonifacius autem, qui
755. Christi anno martyrium passus
est, hoc elogium de veteri Saxo-
nia, hoc est Holsatia, rebus ad-
huc integris, tulit, cum Carolus
Magnus Holsatos demum quin-
qua-

quaginta quatuor annis postea,
hoc est, anno 804. demum in
Galliam transtulerit, ut supra ex
Crantzio declaravimus cap. 3.
lib. 2.

Hujus autem Holsatiae partem
extremam, qua Juthiae proxima
est, in antiquis manuscriptis Chro-
nicis, *Olt Saxen* / id est, vete-
rem Saxoniam dici animadverto. *Olt Saxen.*
Cui scripturae rei gestae veritas
consonat, cum in ea parte Saxo-
niae conditor ac Princeps ipse Saxo,
& filius ejus Geroldus, & nepos
Syfridus, & ceteri Saxonum du-
ces habitarent, qui ex ipsis pro-
gnati apud Saxonem Grammaticum
& alios referuntur.

Nec rationi videtur esse dissen-
taneum, quod hanc veterem Saxo-
niam Saxones ipsi olim appella-
verint, ex qua primas & subinde
novas colonias duxerunt: nam
quod eadem terra progressu tem-
poris *Holt Saxen* / quasi sylvestris
Saxonia dici ceperit, etiamsi id
Crantzio non placet, aequidem
minus concinnum puto, ut & il-
lud, quod hodie dicitur eadem
terra *Holstein* / quasi concavum

Saxo-
num se-
des anti-
quissima.

Saxum. Ut enim nec Saxis, ita
nec sylvis Holfatia ita insignis est,
ut inde nomen fortita videri de-
beat, eum magna ex parte sit pa-
lustris, ut in Vilstria & Crempis.
Hanc igitur Saxonibus antiquissi-
mam sedem unanimiter assignant
Ptolemæus, Beda, Eutropius,
Paulus Diaconus, Stephanus,
Orosius, & Godefridus Viterbien-
sis; & ex Saxonibus scriptoribus
Vitekindus Corbejenfis, Alber-
tus Stadenfis, Adamus Bremen-
fis, Henricus Buntingius, Joan-
nes de Essendia, Henricus de Her-
vordia, Varnerus Vespheus, &
Speculum Saxonum, & antiquissi-
ma Saxonum Chronica, cum quib-
us & Annales nostri congruunt;
& ex recentioribus, præter cæ-
teros, etiam David Chytraus,
& Nicolaus Cifnerus, sine hæsita-
tione subscribunt. Nec enim mi-
rum est, recentioribus in Saxonia
mirum id videri, cum ipsi videant,
hanc terram aliàs Obotritis, aliàs
Danis, aliàs Holfatis paruisse, qui
Saxones non sunt; & Crantzium
sequantur ducem, qui hanc Saxo-
num primam sedem instituti sui
gra-

Cran-
tzius an-
tiquitates

gratia obumbrare nititur, & proinde ubi vicissitudines Principum commemorat, (Saxon. lib. 5. cap. 27.) quibus hæc terra diversis temporibus subjecta fuit, recentibus exemplis, & quæ ultra Carolum Magnum non excurrunt, colligit, eam aliquando paruisse Saxonibus, abducens hac rechina lectorem à cogitatione temporis præcedentis, & suppressens conditores, qui à primo Saxonice gentis adventu ad Carolum Magnum usque mille centum annis continua successione illic floruerant.

Confutatis igitur ad hunc modum omnibus his, quæ Crantzius contra receptam communium scriptorum sententiam de Saxonum origine commentus est, certissima temporum, personarum, rerum ac locorum ratione jam constat, Saxones in Germania esse advenas, & primam eorum sedem fuisse circa Hadeleriam.

Atque ita quidem deprehenditur Crantzius veritatem ipsam fabulæ prætextu exhibuisse, & figmenta sua titulo veritatis incauto
& oc-

& occupato lectori obtrusisse, non alio fine, quàm ut puerili quadam & inani ac stulta gloriola Saxones suos fascinaret, qui indigenæ viderentur, quasi magis Germani forent, si sæculis aliquot citius in Germaniam venissent, in quam omnes utique gentes aliunde advenērunt, cùm nullæ sint indigenæ.

C A P. XIII.

Saxones in Vesvalia ante Carolum Magnum nullas habuisse sedes.

Author, sepositis affectibus, veritatem solam inquit ac tradit.

REmota igitur Crantzii opinione privata de Vesvalia, quæ nobis obstat, recta jam hinc procedere poteramus ad pertexendam historiam de origine gentis nostræ; sed cùm animadvertamus, communem illam de eadem Vesvalia Saxonum opinionem, si non ad originem, saltem ad incrementum gentis nostræ, longè plus habere momenti, quàm illam privatam Crantzii, operæ pretium mihi facturus videor, si discussis nebulis, Saxonum & Vesvalorum ac Fran-

ac Francorum historiis hic aliquid lucis infundam, cum omnium interfit, errore detecto conspiciendam dari veritatem.

Vulgo enim putant, qui Crantzii ductum sequuntur, Vesvalos esse Saxonum parentes, utpote qui ipso auctore sint indigenæ, & colonias hinc in omnes terras duxerint, quæ jam Saxoniarum nomine censentur.

Tres
opiniones
de
origine
Saxonum.

Peritiores hoc falsum esse sciunt, & Vesvalos Saxonum filios arbitrantur, & antiquos Saxones ideo dici putant, quod inter omnes Saxonum colonos primi fuerint.

At verò quibus rei veritas explorata est, his constat, Saxones in Vesvalia nullas unquam habuisse sedes, & proinde Vesvalos neque parentes esse Saxonum, neque filios.

Hoc igitur ut perspicuè doceamus esse verum, primum demonstrabimus, Saxones in Vesvalia sedes nunquam habuisse; deinde declarabimus, quæ sit origo nominis Vesvalici; postremò indicabimus, quæ sit ratio nominis Saxonici in Vesvalia.

Tria
confideranda.

Ad

Præsen-
tis dispu-
tationis
terminus,

Ad primum igitur, ut clarè & sine ambiguitate doceamus, quod intendimus, scire in principio lectorem oportet, nostram hanc disputationem de Saxonum sedibus in Vesvalia non ulterius producendam esse, quàm ad ætatem Caroli Magni, hoc est, ad annum 800. Christi; ideoque, si postea vel per errorem scriptorum, vel per occupationem aliqujus Principis, vel per Episcopatus descriptionem, Saxonix nomen accepit, id intelligatur ad præsentem hanc nostram controversiam nihil pertinere. Nam cum hæc antiqua Saxonia à quibusdam vocetur ob id, quod Saxonum prima vel sedes vel colonia fuerit, ita accipi debet, ut de tempore intelligatur illo, quod Carolus antecessit, quo Saxones Rempub. suam liberam ipsi tenuerant, quam solvit Carolus, qui Saxoniam omnem in provinciam redegit, eamque certis Episcopis distribuit, quibus & principes aliquos defensionis ergo adjunxit; sic ut hinc nova quædam Saxonix facies exorta sit, ut
precia.

proinde ad nostrum hoc institutum
duabus de causis nihil pertinet.

Primum enim, utcumque ho-
rum quisque fines suos proroga-
verit, privatim id sibi, non autem
communi Saxonum Reipub. ut
antea, fecerit, maximè cum Prin-
cipes Saxonum, qui post Carolum
Magnum hætenus in Saxonia re-
rum potiti sunt, teste Alberto Cran-
tizio, non Saxonici, sed Francici
sanguinis sint.

Deinde, quod id solum hic
spectemus, an Vesvali ante Ca-
rolum Magnum æquè Saxones
fuerint atque Osvali; cum Cran-
tzius dicat, sub Carolo Magno
gentem Saxonicam divisam esse
in Osvalos ac Vesvalos. Si ergo
Saxones ante Caroli Magni æta-
tem occuparunt Vesvaliam, quæ-
ro, quo tempore id factum sit?
pauci enim hic nobis aliquid certi
definiunt; cum plerique omnes,
Crantzium secuti, Saxones in
Vesvalia constituent indigenas.
Beatus Rhenanus rerum German.
libro primo, Saxones in Vesva-
liam venisse putat sub Valentini-
ano tertio, cum Franci, ea re-
lieta,

An Sa-
xones
Vesphali-
am occu-
parunt
ante æta-
tem Ca-
roli Mag-
ni.

lieta, post Aëtii mortem, quæ
 in annum Christi 458. incidit,
 vtramque Belgicam, & Germa-
 niam secundam sui juris fecissent:
 Sed hanc Rhenani opinionem
 consistere non posse, capite ab
 hinc secundo apparebit, vbi clarè
 demonstrabimus, neque Fran-
 cos ea tempestate Vesvaliam te-
 nuisse, neque, postquam tenu-
 runt, unquam Saxonibus con-
 cessisse. Author laudum antiquæ
 Saxonie sive Vesphalie, veluti
 per nebulas umbram veritatis vi-
 dit. Is dicit, Macedones circa an-
 num 300. ante natum Christum
 appulisse per Albin fluvium, & oc-
 cupasse Holsatiam, inde mox eo-
 dem Albi subvectos venisse in Ves-
 phaliam: Macedones autem istos
 vocatos fuisse Saxones, ut inde,
 Saxonum sedes in Holsatia simul &
 in Vesphalia cepisse, colligendum
 sit. Hæc igitur, si personis ac tem-
 poribus rectè distinguuntur, il-
 lustrem historię veritatem infun-
 dunt: Macedonici enim exerci-
 tus aliquas reliquias in Germani-
 am tres fratres deduxerunt, Fri-
 so, & Saxo, & Bruno, ut su-
 pra

Mace-
 donum
 sive Saxo-
 num ad-
 ventus in
 Germa-
 niam,

Friso,
 Saxo,
 Bruno.

pra diximus, & infra probabimus. Hi simul per Flevum fluvium in eam terram delati sunt, quæ ex Frisone Frisia dicta fuit. Inde Orientem versus abnavigantes, Saxo & Bruno per Albin apulerunt. Ac Saxo quidem ad Septentrionem Albis confedit, ubi nunc est Holsatia: Bruno vero eodem Albi paulo altius subvectus, terram occupavit, sitam intra Albin & Visurgim, ubi & oppidum fundavit, quod de nomine ejus Brunonis vicus, sicut & terra ipsa Brunsvicensis dicta est. Nam quod Crantzii asserit, civitatem hanc nomen obtinere à Brunone Vitekindi abnepote, quem conditorem ejus facit, ridiculum est, cum Brunsvicum à S. Marcellino nominetur, qui plus quam centum integris annis mortuus est, antequam hic Bruno nasceretur, de quo loquitur Crantzii; & certum sit, civitatem Brunsvicensem, bello Saxonico, per Carolum Magnum eversam esse, & jacuisse diu desolatam, ut Crantzianus iste Bruno non tam conditor, quam instaurator civitatis

Crantzii
error de
Brunonis
vico.

Brunsvi-
censium
varia for-
tuna.

tatis istius haberi debeat, quæ di-
versis temporibus diversam fortu-
nam experta est, ut in Annalibus
nostris suis locis diligenter indi-
cabimus. Primus certè fundator
ille Bruno Priscus cum suis Brunsvi-
censibus eam provinciam partim
pacto, partim bello consecutus
est; cujus posterì cum populis duo-
bus potentissimis Svevis ab Orien-
te, & Bruëteris ab Occidente,
varia fortuna luctati sunt annis
fermè quadringentis, hoc est, ad
memoriam usque Cornelii Taciti,
& fines ditionis suæ non modò
tueri, sed etiam prorogare conati
sunt. Itaque Angrivarii, qui inter
hosce præcipui erant, adjunctis sibi
Chamavis, transmissis Visurgi,
Bruëteros, quantumvis potentes,
sedibus suis ejecerunt, & penitus
exciderunt; deletis eorum sexa-
ginta milibus, ut testatur Tacitus.
Ex eo igitur tempore Angrivarii
partem ejus provinciæ tenuerunt,
quæ postea Vesvaliæ nomen est
sortita ex eventu, de quo proxi-
mo capite dicendum erit. Interim
verò hinc patet, Angrivarios non
ex Saxone esse, sed ex Brunone;
& Brun-

& Brunsvicenses Saxonum nomine etiam antiquitus fuisse comprehensos, ob vicinitatem & ejusdem originis similitudinem, sicut & Frisios. Unde Vorperus Taborita, unus ex historicis nostris, suspicatur, Saxonem inter tres istos fratres fuisse natu maximum; quod huic ob venerationem senii hæc prærogativa data sit, ut Saxonum nomine etiam Frisonis ac Brunonis posterius comprehenderentur: quanquam Annales nostri manifestè declarent, Frisonem maximum, Saxonem medium, & Brunonem minimum natu fuisse; & aliæ causæ idoneæ sint in promptu, cur Saxonici nominis amplitudo nomen Frisonis ac Brunonis successu temporis in multis obumbraverit, ut infra suo loco plenius declarabimus.

Brunsvi-
censes &
Frisii Sa-
xonum
nomine
appellati.

Cum igitur Vesvalia sit regio mediterranea, quam ab Oriente Visurgis, ab Occidente Rhenus fluvius, ab Austro montes Catorum, ad Septentrionem Frisia terminat, quando tempus definire Crantzii non potest, quo eam Saxones occuparunt, age videamus

Saxones
in Vesva-
liam non
venisse.

mus, ex qua coeli plaga in eam profecti sint.

Ab Occidente eos venisse, ita ut vel Rheno advecti sint, vel ex Gallia Rheno trajecto venerint, haecenus, qui dixerit, neminem comperi.

Ab Oriente etiam, qui eos advenisse asseruerit, itidem nemo haecenus est repertus, & Crantzius contrarium asserit, qui Saxones ex Vesvalia profectos, ultra Visurgim sedes Vandalorum occupasse scribit.

Ab Austro Saxones in Vesvaliam venisse, Crantzius asseverat, qui eos ex montibus descendisse ait, quos intelligere non possumus alios, quàm Cattorum montes, qui nunc Hassici vocantur: nam ut hi Hassiam à Vesvalia separant, ita in Hassia, quam Catti olim tenuerunt, antiquissimam Saxonum sedem ponit Crantzius, utpote qui Saxones dicit esse Catros. Crantzio autem, ne cramben recognoscimus, iam antea demonstravimus, Saxones non esse Catros. Quo posito, ex Cattorum montibus Saxones (quia illic nulli erant)

erant) in Vesvalia non venerunt :
 qui tamen, si inde venissent, ad-
 venæ essent, quos Crantziius illic
 indigenas facit. Sed hæc absurdi-
 tas Crantziæ eò major est, quod
 ille Cattos ac Vesvalos eosdem fa-
 ciat, qui diversissimi sunt, non
 modò nominibus, sed etiam se-
 dibus ac limitibus suis distincti;
 quorum neutri ab alteris vel origi-
 nem vitæ, vel vivendi leges ha-
 bent. Hoc tamen non ignoraret
 quidam, nuper, ut apud imperi-
 tos Crantzium fulciret, Cattos
 scripsit partem Hassiæ, partem
 Vesvaliæ tenuisse, utique contra
 manifestam veritatem.

Æneas Sylvius ex Australi qui-
 dem plaga Saxones deducit, non
 tamen in Vesvaliam, sed in Osval-
 liam; quam ejus sententiam Cran-
 ziius in procemio Saxonix suæ re-
 fert, quam ipsius verbis hic sub-
 jiciam :

„ Hæc igitur (inquit) prima de
 „ Saxonum origine conjectura sit.
 „ Succedit altera, quæ Æneam
 „ Sylvium, inde Pium Papam se-
 „ cundum in historia Bohemica
 „ præfert authorem. Is in de-
 T scri-

„ In
 „ procemio
 „ Saxonix,

Bohemiæ
diversi
occupato-
res.

Vahda-
licæ gen-
tis ampli-
tudo,

„scriptione terræ Bohemiæ flumi-
„na pandit, quæ se in Multaviam
„exonerant, Saxonam & Lusun-
„tium & Misam nominat, quos
„Multavia in se receptos secum
„devolvit in Albim. Comper-
„tum est ex Tacito, Bojos, ab
„origine gentem Gallicam, re-
„nuisse regionem intra montes,
„quæ nunc Bohemia est: inde
„verò pulsos à Marcomannis,
„hoc est, Vandalis, qui usque
„hodie tenent. Nam Bohemi
„Vandalī sunt, remanente veteri
„nomine in provincia, ut nunc
„Bojemi dicantur, qui pridem
„Marcomanni, & generali vo-
„cabulo Vandali. Unam enim
„esse gentem una lingua prodit:
„unde etiam manavit nomen in
„totam nationem Vandalorum,
„ut apud Ptolemæum appelleretur
„gens magna Bohemi. Nec enim
„unquam Germania habuit mayo-
„rem gentem, quàm sit etiam ho-
„die Vandalica, complectens
„Ruffos, Polonos, Bohemos,
„Dalmatas. Testis est (quod dixi-
„mus) una lingua, quadam va-
„rietate (ut sit) per diversas re-
„gio-

„giones alternata : sed tamen una
 „est : quod facile perpendit auf-
 „cultans. Pulsis ergo ex Bohe-
 „mia fluminum accolis, nomina
 „fluviorum, ad quæ pridem inco-
 „lebant, secum (ut creditur) ex-
 „tulerunt : ut, qui in proximis re-
 „gionibus ad Lusuntium inculuê-
 „re, partem Slesia nunc tenen-
 „tes, quæ Lusatia dicitur, Mar-
 „chioni parens Brandenburgensi,
 „Lusatii dicantur. Qui Misam,
 „ad proxima transeuntus, appel-
 „lentur usque hodie Misnenses.
 „Qui verò ad Saxonam, paulo
 „ultra progressi, Saxones sunt
 „vocitati : qui, paulatim ditio-
 „nem ampliantes, in latum sunt
 „diffusi, pulsis retro Vandalis,
 „qui omnia confinia olim tenuê-
 „runt. Tenemus tempora suo loco
 „designanda, quibus Saxones, pul-
 „sis Vandalis, regionem occupa-
 „vêre, quam nunc tenent. Ve-
 „rum est tamen, quod ea, quæ
 „nunc est Vesvalia, prius, quam
 „cætera terra ultra Viturgim, te-
 „neret Saxoniam nomen.

His verbis Crantzius Æneæ sen-
 tentiam refert, quam tamen ipse

Cran-
 tzius ve-

terem
cantile-
nam ca-
nit.

non probat; alibi enim docet, eos, qui Osvaliam hic occupasse dicuntur, non Saxones, sed Vandalos fuisse, quod & hic ratione temporis convincit, cum se tempora novisse profitetur, quibus Saxones, pulsus Vandalis, regionem occupavere, quam nunc tenent. Hæc autem tempora, cum valde recentia sint, consultò hic retinet Crantzius: Saxones enim Vandalos istos demum post ætatem Caroli Magni expulerunt, exceptis solis terræ Brunsvicensis incolis, quos prius exturbarant. Hinc igitur cum inferri possit, Saxones ergo ex Australi plaga in Vesvaliam non venisse, occurrat objectioni; verum esse dicens, quod ea, quæ nunc Vesvalia est, tenuerit Saxoniarum nomen, priusquam cætera terra, quæ ad Occidentem Visurgis est; hoc dicto scilicet lectorem remittens ad ea, quibus probare conatus est, Saxones esse Catos. Quæ proinde cum nos evidenter falsa docuerimus, apparet, ab Austro Saxones in Vesvaliam non venisse.

A Septentrione autem quò minus

nus in Vesvaliam venerint Saxones, obstiterunt Frisii, quibus interjectis, nulla ratione Saxonibus via patuit in Vesvaliam penetrandi. Imò verò Frisii ipsi dominabantur in Vesvalia, antequam Saxones ex Nordalbingia sua unquam prodissent; qui, quia ob vicinitatem Saxonum Saxones & ipsi vocabantur, Saxoniarum nomen etiam Vesvaliarum importarunt: unde Saxonici nominis origo est in Vesvalia, ut secundo abhinc capite docebimus.

Frisii
olim in
Vesvalia
dominati
sunt.

Quo clarius autem intelligatur, Saxones in Vesvalia nunquam habuisse sedes, age Crantzii ductum sequamur in descriptione Saxoniarum; qui orbem hujus provinciarum demonstraturus, nescio quo modo sui oblitus, incrementa Saxonum, unde debuit, exorsus, recto ordine profequitur: A Septentrione enim in Occidentem, ex Occidente in Austrum, & ex Austro porro in Orientem Saxoniarum circulum adverso sole deducit; in quo quid veri sit, ex subjectis clarius apparebit.

Crantzii
ductus in
descrip-
tione
Saxoniarum

Initium ergo Saxoniarum nationis

T 3

est

^a Saxon.
lib. 1.
cap. 1.

est (inquit Crantzius ^a) trans Al-
bim in Holsatia. Nullo modo enim
in Vesvalia: Holsatia enim verè
antiqua Saxonia est, ubi Saxo cum
suis portum Hadelarianum in pri-
mo adventu suo occupavit. Hinc
posterì ejus cum Danis, ut vicini
cum vicinis, de imperio Jutiæ con-
tenderunt; hinc velut ex primæ-
va sede fines suos propagare; hinc
colonias ducere; hinc arma sua
terra marique proferre cæperunt,
Itaque primùm Anglis matrimo-
nii foedere sibi conjunctis, mox
adversus Svevos, deinde adversus
horum successores Vandalos ac
Sclavos acriter pugnarunt; donec
Holsatiæ Thietmarsiam & Stor-
mariam adjungerent, quæ tres
Saxoniar antiquæ partes uno Nor-
dalbingiæ nomine censentur, quod
ad Septentrionalem Albis plagam
sitæ sūt. Hinc igitur piraticam
exercuerunt Saxones; quia mari-
timi erant: Hinc in Britanniam
vocati sunt; quia Angli & Jutæ,
qui socii ejus expeditionis extire-
runt, Holsatiæ finitimas sedes in-
coluerunt: Hic simpliciter omnes
Saxonum Duces habitarunt, quo-
rum

rum ab initio intra 824. annum Danorum, Gothorum, Svevorum, Vandalorum, Saxonum, & Frisiorum scriptores meminerunt. „ Pergat Crantzius: Inde (inquit) „ transiliens Albim, per Diocœsim Bremensem in Vesvaliam „ usque ad Rhenum ferè pertingit: „ ab inde verò in Hassiam pervenit ad Herciniam (quæ nunc Hertici montes dicuntur) pertingens ad confinia Thuringiæ: „ in qua olim non contemnendam partem Saxones militiæ stipendium à Francis, quibus militavère, susceperant. Ita Crantzius.

Ubi dum Albim transilit, sistat pedem, & expediat, quando & unde Saxones Diocœsin Bremensem occuparint. Terra certè Bremensis in principio Frisiorum, non Saxonum, fuit. Friso enim gentis nostræ conditor, cum totum littoralem tractum ad Oceanum Septentrionalem ab Eydora fluvio ad Flevum fluvium usque occupasset, Adelen filium natum maximum ad Occidentem; Vithonem natum secundum ad Orientem

Terra
Bremen-
sis non
Saxo-
num, sed
Frisio-
rum fuit

Frisoubi tem extremis Frisæ limitibus
 cum uxore habi- tuendis præfecit; quinque reliquis
 taverit ac filiis in medio collocatis: Ipse,
 mortuus quo ut his omnibus, & fratribus
 sit. etiam suis adversus ingruentem
 vim præsto esse posset, in hac ter-
 ra sedem suam posuit. In hac ter-
 ra & uxor ejus, & ipse demum
 fato suo functus ac sepultus est.

Frisonis
 filia Wi-
 moedr.

Ipsaque terra ab eventu nomen de
 filia ejus est adeptæ. Nam, cum
 uxor ejus ex partu interiisset, ille
 superstes dolorem animi, quem ex
 morte defunctæ conjugis conce-
 perat, filia nomine testatus est;
 filiam enim, quæ nata erat, Wi-
 moedr Frisica dialecto appellavit,
 quod significat dolorem animi: nos
 jam Weinoedr dicimus, cui con-
 trarium est Welmoedr, quod
 etiam hodie fœminis apud nos
 usitatum est. Pari ratione legimus,
 Rachaëlem, uxorem Patriarchæ
 Jacob, cum ex partu se interitu-
 ram ex præsentī difficultate colli-
 geret, dolorem animi sui nomine
 infantis voluisse esse testatam,
 eumque Ben-om, id est, filium
 doloris mei appellasse; quem ta-
 men pater Benjamin, hoc est,
 filium

filium dextræ, vocari voluit, uti
testatur Moyses Genes. cap. 35.
Ex ista autem Vinoda Frisonis
filia, Bremensis terra Wimoda
tum dicta fuit, quam Albertus
Stadensis Withmodam, Crantzius
Wigmodiam appellat. Hanc au-
tem terram quando Saxones oc-
cuparint, expediat Crantzius;
cùm non ignoret, eam olim habi-
tata esse à Cauchis: & expediat,
cur Bremensem Diocœsin Saxoniz
subjungat; cùm Carolus Magnus,
sicut & Pontifex Greg. 12. inter
tres Frisiz Episcopatus primo lo-
co Ultrajectinam, secundo Mo-
nasteriensem, tertio Bremensem
numeret, ut commodiori loco ple-
nius declaraturi sumus.

Terra
Bremen-
sis Vimoda.

Jam verò, si Crantzii nugas satis
liquidò confutavimus, qui ex Cat-
tis facit Saxones, & Vesvalos à
Cattis non distinguit, nemo dixe-
rit, ante Carolum Magnum vel
Vesvaliam vel Hassiam fuisse in
potestate Saxonum, utcunque
postea eas unquam fuisse contem-
dit. Quocirca, quod in confinio
Thuringiz partem terræ Saxones
militiz stipendium à Francis ac-

Saxones
quando
Nordal-
bingiam
egressi
sunt.

cepisse memorantur, intelligi debet, ut omnes tradunt, factum esse anno Christi demum 524. de bellato Thuringorum rege Ermenfrido, sub quo primum Albin fluvium transgressi sunt: hætenus enim se intra Nordalbingiam suam continuerant. Et, hac ipsa terra jam accepta, non ita mox confortati sunt, ut vel adversus confederatos Francos insurgere, vel adversus hostes Vandalos impetum facere possent; utpote cum eam adversus vicinos Vandalos agrè turati sint, ædificata ad Unstrorum fluvium arce præditiaria Sassenburgo. Tantum igitur abest, ut aut Vesvaliam aut Hassiam Saxones hætenus habuerint, ut etiam Longobardis in Italiam migrantibus militaverint, & inde tandem reversi, Svevos sedibus suis, quas se absentibus illi occupaverant, exturbarint. Quod cum & in Nordalbingia, & anno Christi 582. actum esse satis inter omnes constet, apparet, Saxones hætenus nullas alias habuisse sedes, quàm in Nordalbingia, & in confinio Thuringiæ ad Unstrum

tum fluvium; ex quo deinde proximo transitu perventum est ad terram Brunsvicensem, quam ultimo loco consecuti sunt, ante ætatem Caroli Magni. Nam postea omnia reliqua accesserunt, ut mox videbitur. Interim jam pergat Crantzius:

„Inde (inquit) iterum sub montibus longo tractu pervenit in regionem Albi non longinquam, complectens Vittenbergum & confinia ejus, quæ a inc superior Saxonia dicitur, duobus principatibus Saxonie titulum sibi vindicantibus, Legitima quidem successione ad principes inferioris Saxonie omnis regio pertinet: sed superiores apprehenderunt Misnenses Marchiones cum dignitate electura, quæ illi inseritur principatui. Ita Crantzius.

Quæ si quis post Caroli Magni ætatem omnia accidisse dubitat, ipsum Crantzium in Vandalia, & authorem ejus Helmoldum in historia Sclavorum legat. „Pergat autem Crantzius: Meditullium autem hujus, quam descripsimus,

„provincia totum ex Vandalico
 „solo redactum est in linguam
 „& mores Saxonum, terra vide-
 „licet Brunsvicensis, Lunebur-
 „gensis, Magdeburgensis, Hal-
 „berstadtensis. Ad eandem verò
 „nationem pertinet omnis Mar-
 „chia Brandenburgensis, ex eo-
 „dem Vandalico solo capta, ac
 „versa in linguam Saxonum &
 „mores. Ita Crantzius.

Totum autem hoc medietullium,
 „quod hic vocat Crantzius, post
 „ætatem demum Caroli Saxonie
 „fuisse aggregatum, non aliunde ef-
 „ficacius doceri potest, quam ex
 „ipso Crantzio, una tantum terra
 „Brunsvicensi excepta, quæ ante
 „Carolus Magnum Saxonibus ac-
 „quisita fuit. Hinc enim clarissime
 „deprehenditur firmamentum er-
 „roris Crantziani, quo ille Saxo-
 „num sedes antiquissimas in Ves-
 „valia fuisse, & ex ea Saxonice
 „gentis divisionem in Vesvalos &
 „Osvalos esse factam asserit; quod
 „proinde ut falsum esse demonstre-
 „tur, series historię Saxonice inde,
 „ubi destitimus, ad Carolus Mag-
 „num usque deducenda est. Itaque
 cum

cùm Saxones anno demum 724. partem Thuringiæ, à Francis stipendii nomine ad Unstrotum fluvium consecuti, pedem extra Nordalbingiam suam extulerint, (ut inter omnes convenit) & tamen eorum potentiam inde non admodum auctam esse ex eo pateat; quod Longobardis Italiam invadentibus militaverint, relictis sedibus suis, & ex Italia reversi sedes relictas in Nordalbingia repetiverint, ideo certè quod alias hætenus non haberent; proxima eorum victoria de Vinulis fuit anno 652. ex quo tempore terra Brunsvicensis, quæ antea Osvalia dicta fuit, Saxonia à Saxonibus victoribus dici cæpit. Illud enim, quod Crantzius hic dicit de Bertholdo, quo Duce Saxones Francis rebellarent; itemque de remissione tributi, quo Saxones ob debellatos Vinulos à Francis liberati sint, meræ nugæ sunt. Bertholdus enim ille non dux Saxonum fuit, sed rex Frisorum, ut secundo ab hinc capite declarabitur; neque ille Francis rebellabat, quibus hætenus subje-

Quando
Osvalia
dici cæ-
perit Sa-
xonia.

Berthof-
dus, Sa-
xonum
dux habi-
tus, fuit

Frisio-
rum rex
Beroal-
dus,

Saxones
Osvaliam
à Francis
stipendii
loco con-
sequun-
tur.

Stratage-
ma Fran-
corum.

ctus non erat, sed iusto bello cum illis contendebat, idque ob Vesvaliam, quam Frisiis Franci tunc ademerunt: & cum Vinuli, qui tunc Osvali dicebantur, auxilio essent gentilibus suis Vesvalis, qui Frisiis subesse malebant quam Francis, Saxones Francis, ut antea contra Ermenfridum, ita etiam nunc contra Bertholdum militarunt, & ab his ob operam strenuè navatam stipendii nomine, ut olim Thuringiæ partem, ita nunc Osvaliæ partem, hoc est, Vinulorum terram acceperunt, acceptis Francorum subsidariis copiis, qui, ejectis incolis, ipsos in ejus possessione introducerent. Prudenter enim hoc à Francis procuratum fuit, ut, Saxonibus in hanc terram introductis, horum interjectu Vesvalos à reliquorum Osvalorum consortio dirimerent, ne rebellandi facilis esset occasio; cum difficilis esset gentilium congregatio. Post hanc de Vinulis oppressis victoriam, Saxones aliam ad Carolum Magnum usque nullam habuerunt. Itaque cum Aymar in Annalibus Francorum,

ad

annum Christi 782. qui belli Saxo-
 nici 10. fuit, Sorabos, Vanda-
 los, qui inter Salam & Albin ha-
 bitant, in fines Thuringorum ac
 Saxonum, qui eis erant conter-
 mini, prædandi causa fuisse in-
 gressos, & direptionibus atque in-
 cendiis quædam loca infestasse re-
 fert; Crantzius instituto suo in-
 serviens, scribit, Sorabos istos in-
 vasisse Saxones, quod Viseram
 transire, & congentiles suos Vinu-
 los sedibus suis exturbare ausi fue-
 rint. Atqui Saxones isti, qui Vi-
 nulos sedibus suis exturbarunt, non
 ex Vesvalia, sed partim ex Nor-
 dalbingia, partim ab Unstroto flu-
 vio venerant; neque nuper, hoc
 est, ante sex annos id fecerunt,
 cum divisionem Saxonicae gentis
 in Vesvalos ac Osvalos factam
 Crantzius comminiscitur, sed an-
 tē, anno 152. neque Saxones
 Vesvalorum amici erant, sed ho-
 stes non minus quam Osvalorum,
 cum utrique Vandali sint, & Saxo-
 nes Vandalos odio naturali prose-
 quantur, ut capite proximo appa-
 rebit. Hoc igitur cum ita sit, ap-
 parer, Vesvalos à Saxonibus usque
 ad

ad Carolum Magnum occupatos non fuisse, cum Vesvali nomen suum hactenus conservarint, Osvali ex eo tempore amittere ceperunt, ex quo, à Saxonibus oppressi, Saxones dici ceperunt: Nemo enim existimet, Saxonibus potentiam potius quam voluntatem defuisse, quò minus & Vesvalis nomen solitum extorsuri fuerint, imposito nomine Saxonico, sicut extorserunt Osvalis; cum & Vesvali & Osvali ex æquo Vandalali essent, ut proximo capite patebit. Quid enim causæ est, cur Osvalis nomen suum imponderent, Vesvalis non imponderent, si tantundem juris in Vesvalos habuissent, quantum habuerunt in Osvalos? Quis autem de impotentia eorum dubitet, quorum voluntatem exempla præsentia declarant, quæ in terris per eos occupatis supra patent? Quin & Crantzius asserit * Saxonibus nomen Vandalorum usque adeo fuisse exosum, ut non paterentur in suis collegiis & societatibus quenquam esse, qui non sit ortus parentibus Teuthonicis, idque sacramentis eos
extor-

* Lib.
Vand. 7.
cap. 10.

extorquere ab iis, quos suscipiunt. Quod igitur ad Carolum Magnum usque Vesvalis nomen suum imponere non potuerint, nihil aliud obstitit, quàm virium imbecillitas, per quam eos occupare nequiverint: Terra enim Brunsvicensis, stante Saxonum Repub. quam dissolvit Carolus, Saxonum ditioni ultima victoria accessit, ut supra demonstravimus; sed hujus auctario non ita statim confortati sunt Saxones, quin de tuendis porius, quam de dilatandis finibus cogitare potuerint: Patet id ex numero & qualitate provinciarum, quas ea tempestate tenebant; patet ex conditione populorum, quibus cum res illis erat futura, si Vesvalos invasissent, erant his tum defensores Franci; erant congentiles Vandali, qui mox ipsos à tergo & utroque latere, ut Franci à fronte, oppressuri: Quin & ipsi nihilominus mox à Francis Pipino ac Martello bellis ultro fatigati, & à Carolo Magno tandem subacti sunt. Quare tantum abest, ut Saxones vel primam sedem in
Ves-

Vesvalia habuerint, ut Crantz
us fingit, vel colonias ullas ad
Carolus Magnum usque in eam
duxerint, quod quidam putant,
ut adversus Vesvalos auxilio Fran-
corum in Brunsvigiam, Osvalis
extritis, introducti sint.

Obje-
ctio.

Nec obstat his, quod author
laudum Vesvaliæ dicit, patere ex
multis historiis, quod antiquitas
hæc terra sit vocata Saxonia, &
quod in multis adhuc locis de mo-
re conscriptiones & actus Iudi-
ciales ibidem fiant sub Saxonum
nuncupatione.

Erro-
rum fon-
tes unde
opinio-
nes fluxe-
runt eo-
rum, qui
Saxones
in Vesva-
lia sedes
habuisse
putant.
Scriptores
Francici.

Nam cum ab ætate Caroli
Magni ad ætatem hanc nostram
effluerint anni pene octingenti,
proferendis & stabiliendis errori-
bus nec tempus nec occasio de-
fuit.

Primum enim rerum Saxonica-
rum scriptores antiquissimi fue-
runt Franci, vel ipsi Carolo Syn-
chroni, vel eo etiam recentio-
res; apud quos illa saltem, quæ
bellum Saxonicum sub Carolo
gestum antecesserunt, omnia im-
plicita, intricata atque confusa
sunt: utpote qui generali Saxo-
num

num nomine non modò veros Saxones, sed & Brunonios, & Frisios comprehendunt; nec earum gentium originem norunt, neque cognationem intelligunt, neque fines distinguunt. His recentiores Saxonici scriptores successerunt, qui, ut patriam suam ornarent, quantum possent, eam nec limitibus ampliare, nec rerum gestarum gloria augere destiterunt, & proinde, quæ ab istis acceperant, quatenus ad institutum suum conducere sibi videbantur, pari bilance seu discussa seu indiscussa ponderarunt, ut sic erroribus cumulatis, recentia pro antiquis, falsa pro veris, venditarent. Hinc factum est, ut Saslendorp, circa Sasatum, pagum, & in ditione Monasteriensi arcem Sassenburgum à veris Saxonibus nomen habere putent, quæ habent à Frisiis, qui per errorem Saxones appellati sunt, ut capite abhinc secundo apparebit.

Scriptores Saxo-
nici.

Frisio-
rum acta
Saxonibus tribu-
ta,

Hæc enim ipsa sunt, quæ nobis jam negocium facessunt, & habita temporum, personarum, rerum, locorumque ratione, distinguenda & concilianda veniunt.

Deinde

Deinde non ignoramus Henricum Leonem, & alios quosdam Saxonum Duces, post ætatem Caroli Magni, temporum successu suæ ditioni subiectam habuisse partem aliquam Vesvaliæ; & idcirco non miramur, si ab his & terra ipsa Saxonia dicta sit, & Curia in ea remanserint, ubi Saxonum nomine contractus inter homines, & actus Iudiciales etiam hodie celebrentur; & multæ sint causæ, cur etiam, mutato terræ dominio, maneat adhuc idem Curia stylus in ea terra.

Quæ ramen omnia cum infra Caroli Magni ætatem demum accidisseprehendantur, apparet, Saxones ante Carolum Magnum sedes in Vesvalia nullas habuisse.

Declarat id satis Archiepiscopus Coloniensis, qui hanc terram in titulo suo non Occidentalem Saxoniam, sed Vesvaliam vocat: Declararunt id etiam publica secessionem hujus terræ Episcopi sub Henrico quarto; cum publice negarent, Vesvalos esse Saxones, teste etiam ipso Crantzio.

« Metro-
pol. lib.
8. cap. 5.

CAP.

CAP. XIII.

Quæ sit Ratio nominis Vesvalici & Osvalici.

NE quis igitur ideo minus verum putet esse, quod supra diximus, quod non modò Crantzius, sed & alii complures asserunt, Saxones sub Carolo Magno in Vesvalos & Osvalos esse divisos; cùm inde colligi velint, Vesvalos non minus esse Saxones quàm Osvalos, qui in hodiernum usque diem Saxones dicuntur, Divisio
Saxonum
in Vesvalos & Osvalos. dilucidè hîc explicandum erit, quæ sit origo ac ratio nominis Vesvalici & Osvalici; cùm inde in contrarium potiùs colligatur, Vesvalos nunquam fuisse Saxones, quod ii, qui nunc dicuntur Saxones, teste Crantzio, desiderint dici Osvali; Vesvali autem pristinum suum nomen hætenus conservarint.

Primùm igitur docendum est, Propositio
authoris. Saxonicae gentis divisionem, quam Crantzius allegat, sub Carolo Magno nullam esse factam; deinde

inde & hoc declarandum est. Osvalici ac Vesvalici nomini distinctionem ad Saxones nihil pertinere.

Nullam
divisio-
nem Sa-
xonice
gentis sub
Carolo
Magno
esse fa-
ctam.

Nam quod ad primum attinet, quomodo Crantzius dicet, merum Caroli Saxones profugisse ex Vesvalia, qui illic nulli erant, ut iam supra docuimus? & quomodo dicet, eos ultra Visurgiam dilapsos, in Vandalia fixisse sedes, pulsos incolis; cum ante hanc fugam, quam ipse fingit, Saxones iam totis centum quadraginta sex annis terram Brunsvicensis conditioni suæ subjectam habuerint? Nam cum Crantzius eo tempore hanc fugam contigisse dicat, quomodo Carolus ex Hispania reversus, totam Vesvaliam pervagatus, rebelles subigeret, & contumaces fugaret; quod Saxonici belli anno sexto contigit, qui in annum Christi 778. incidit, ex supradictis iam antea constat, Saxones anno Christi 630. terram hanc occupasse, & eam proinde, paulatim amisso Osvalicæ nomine, exinde Saxoniam cepisse dici. Sed Crantzius ipse sibi non constat, cum in Me-

tro

est metropoli sua lib. 1. cap. 3. confictæ
 quic Saxonum fugæ nec idem
 tempus, nec eandem causam sub-
 jicit. Certè S. Marcellinus author
 est, S. Suitbertum, primum Ver-
 densem Episcopum, cui comes
 ipse fuit, ex Mimingarde (quod
 tunc Monasterium est) cum suis
 migrasse ad Saxoniam, pervenisse-
 que ad grandem vicum **Brunswick**
 anno Christi 705. S. etiam Lud-
 gerus, primus Episcopus Mona-
 steriensis, in ejusdem Suitberti
 vita tradit, Pipinum Caroli Mar-
 telli filium (qui Caroli Magni
 pater fuit) antequam Rex Fran-
 ciæ coronaretur, debellasse poten-
 ter Vesvalos, Angarios ac Saxo-
 nes, Eguinartus etiam in vita Ca-
 roli Magni, & Autmarus in An-
 nalibus Francorum, ab initio bel-
 li Saxonici, statim nominat Ves-
 valos, Angarios, & Saxones,
 quos & Osvalos promiscuè vocant.
 Itaque Autmarus refert, anno bel-
 li Saxonici tertio Carolum, tra-
 jecto Visurgi, terram Brunsvicen-
 sem invasisse, ibidemque Heflo-
 nem, ex primoribus Saxonum
 unum, illi occurrisse, & se illi cum
 omni-

omnibus Osvalis dedidisse. Nos quam autem vel hic, vel alter ille meminit alicujus frequentia, fugientis ex Vesvalia trans Visturgim, quam Crantzius hic comminiscitur tantam, ut & voluerit & potuerit suis sedibus exturbare Vandalos, cum exules aliquot, ut Vitekindus & asseclæ ejus, id omnibus modis egerint, ut in Vesvaliam redire possent.

Vesvalici
nominis
antiqui-
tas,

Nullam igitur factam esse sub Carolo Magno Saxonica gentis in Vesvalos ac Osvalos divisionem, non modò ex supradictis, sed & ex ipsa nominum istorum antiquitate patet. Scriptores enim Francici, Eguinartus & Autmarus, & cæteri, qui sub Carolo Magno vixerunt, nomine Vesvalorum & Osvalorum utuntur, non tanquam recenti ac nuper nato, sed ut antiquo & consueto, idque statim in initio belli Saxonici. Et S. Ludgerus Vesvalorum meminit sub Pipino, ut modò diximus. Sebastianus Munsterus in Germania sua, Vesvalos ad annum Christi 584. nomen hoc adeptos esse scripsit. Nos in Anna-

libus

libus nostris Vesvalos nominatos legimus ante annum Christi 183. quanquam etiam antiquius ipsis hoc nomen sit, ut infra clarissimè demonstraturi sumus. Cùm igitur ex his appareat, meras esse nugas, quas Crantzius confinxit, de Saxonice gentis divisione, plane consequitur, Vesvalos & Osvalos ad Saxones nihil pertinere: Vesvali enim & Osvali mutua correlatione intelliguntur; ideoque unius ejusdemque gentis species sunt, quarum altera ad Occidentem, altera ad Orientem intermedii fluminis habitat. Vesvali autem illa ætate Saxones non erant, ut supra satis declaratum est, ideoque nec Osvali quidem Saxones erant: Nam etsi Osvali Saxones, & Saxones Osvali promiscuè dicantur; revera tamen populi diversi sunt, & inter se tantum differunt, quantum victores ac victi. Victores enim erant Saxones, qui devictis Osvalis, in Brunsvigia degentibus, nomen suum imposuerunt, ut ipsi Saxones dicerentur, teste Crantzio, & ut infra dicemus latius ^b.

Vesvalorum & Osvalorum divisionem ad Saxones nihil pertinere. Saxones & Osvali diversi.

^a Saxoni. lib. 2. cap. 2.
^b Lib. 2. cap. 15.

V

Hinc

Hinc igitur indubitato consequitur, istius gentis ratione Vesvalos & Osvalos fuisse dictos, cui Saxones nomen suum indiderunt, utpote cum Osvali & Vesvali ejusdem gentis ac ditionis essent, antequam Osvali in Saxonibus, assumpto eorum nomine, subsisterent.

Osvali &
Vesvali
sunt Van-
dali.

Cap. 2.
lib. 2.
Saxon.

Hanc autem gentem fuisse Vandalos, Crantzius non uno loco prædicat, qui & generaliter omnes provincias ac civitates Saxonum, ad Orientem Visurgis sitas, ex Vandalia captas ait, & specialiter in ea, quæ nunc terra Brunsvicensis est, Vinulos egisse dicit, qui & ipsi Vandali erant.

Itaque nec absurdè quidem eos, qui Vestvandali & Ostvandali mediante Visurgi dicti sunt, per paucarum aliquot literarum ecclipsis, euphoniæ gratia, mollius Vesvalos & Osvalos dictos esse, contendimus.

Ideoque, ut appareat, neque derivationis, neque rei gestæ, neque temporis ratione commodiorem Vesvalici & Osvalici nominis Etymologiam facile reperiri posse,

posse, non gravabimur hic aliquot authorum diversas opiniones hac de re in medium proponere, ex quibus candidus lector intelligat, esse verum, quod nos adstruimus.

Inter eos autem, qui Caroli Magni ætate Vetvalos & Osvalos ortos esse putant, primus est author laudum antiquæ Saxonix seu Vesvalix, qui scripsit circa annum 1486. & diversas hujus rei Etymologias adfert; promiscuè autem scribit modò Vesphalos, modò Vesphalones, quos Aimoinus etiam Osphalaos & Vesphalaos vocat: Vesphalos autem & Osphalos deducit à voce phalos, quam antiqua Saxonum lingua socium significare ait; unde sint Ephalar, Vesphalar, Osphalar & similia: Vesphalones autem unde deducat, ipse non explicat. Video esse, qui putant, ita dictos à Vallone filio Bernardi, qui patruelis fuit Caroli Magni, sicuti testatur Autmarus in Francorum Annalibus, ad annum Christi 812. sed aliis magis placet ab hoc duce Valones istos deduci, qui in Belgio Gallis finitimi sunt. Idem author esse

Autho-
rum opi-
niones de
Etymolo-
gia nomi-
nis Ves-
valici.

dicat, qui à Falia France, hoc est, fallacia Francia Vesphalos & Osphalos dictos arbitrentur: Nam & Claudianus Francos fallaces vocat, & hic author Francorum nobiles à Carolo Magno ibi constitutos non nimis esse synceros ipse fatetur. Idem author ait esse, qui Vesphalos asserant, postquam per Carolum ad fidem conversi essent, hoc nomen sibi assumpsisse, quasi in distinctionem ab aliis Saxonibus, cum quibus in paganismo eodem nomine nuncupabantur, quasi gloriantes de sua conversione, se Vesphalos, id est, Vesfideles nominare maluerunt.

Succedit huic authori Albertus Crantzius, qui Vesvalos & Osvalos deducit à voce Wasen / quæ Saxonum antiqua lingua pullum equinum significet, quem Saxones in signis militaribus antiquitus (ut ipse dicit) prætulerint: quod non uno modo falsum est. Saxones enim ac Vesvali diversæ nationes erant, & proinde iisdem armis usi non sunt, maximè inter se inimicæ: Saxonum etiam insignia antiqua non pullus equinus erat, ut

Saxonum
vetera in-
signia.

Cran-

Crantzius ait, sed Leo, Draco,
 & his supervolans Aquila: Equi-
 nus enim pullus Angrivariorum Angrivariorum
vetera in-
signia.
 erat, non omnium tamen, sed
 eorum duntaxat, qui ab Hengilto
 originem ducebant, quorum prin-
 ceptis eo seculo Vitekindus erat, ut
 infra suo loco plenius declarabi-
 mus. Hæc igitur, quæ dicta sunt
 hætenus, ut pleraque præsentis ab-
 surditate sua, ita omnia simul ra-
 tione temporis excluduntur: cum
 Vesvali & Osvali multo ante Ca-
 roli Magni ætatem nominati sint,
 ut supra demonstravimus. Seba-
 stianus Munsterus cum aliis, non
 modò tempore, sed & causa ex-
 cluditur, qui & à voce *Walten*/
 quam Italos interpretatur, Vesva-
 los deducit; & tunc eos hoc no-
 men adeptos esse dicit, cum re-
 lictis Longobardis ex Italia sint
 reversi in patriam. Atqui Vesvali
 Saxones non erant, & in Italia
 cum Longobardis non fuerant; &
 Saxones patriam suam non in Ves-
 valia, sed in Nordalbingia recu-
 perarunt; & Osvali ac Vesphali
 jam ante Saxonum ex Italia redi-
 tum nomen suum obtinebant.

Sunt alii qui sine temporum
 certa designatione etymologias
 proferunt. Andreas Althamerus
 testatur esse, qui afferunt, Vestam
 à Germanis olim fuisse cultam,
 & Vesphalos inde appellatos,
 quasi Vestalios. Ac nos quidem
 scimus, Vestam à Frisiiis religiosè
 fuisse cultam, & Frisios magnam
 Vesvaliæ partem imperio suo ha-
 buisse olim subjectam: sed an
 Vesvali à Frisiiis Vestam, & à
 Vesta nomen acceperint, igno-
 ramus; illud certè liquet, Vesta-
 liis Ostalios pari Etymologia non
 respondere. Raphael Volaterra-
 nus, Istvalia (inquit *) & Istvali
 populi, quos Plinius Istevones vo-
 cat, proximos Rheno, è regione
 „ Coloniae utramque tenent i-
 „ pam; Visurgim amnem, quem
 „ hodie Vesperam vocant, ab Orien-
 „ te terminant, à Meridie verò
 „ montibus Abnobiis Hassiæ con-
 „ juncti. Volaterrani ductum se-
 quitur Gemma Frisius in mappa
 mundi. Caspar Peucerus b ple-
 nius explicare Plinium conatus
 est: „ Istevonibus, inquiens, no-
 „ men dedisse cardinem occiden-
 „ tis,

a Geogr.
 lib. 7. in
 Germa-
 nia. 7

b Claron.
 lib. 4.

„tis, mutilato *καὶ ἀπαίρεσιν* prin-
 „cipio, non habeo cur dubitem:
 „fuerunt enim Germanorum ad
 „occasum ultimi Rheno Danu-
 „bioque proximi; nec aliud signi-
 „ficat Istevones, quàm Vestvo-
 „ner, detracta litera V, sicut
 „nunc Westfalen nominantur,
 „quorum sedes Rhenum usque
 „pertingunt. Hanc autem inter-
 „pretationem si recipimus, erunt
 „quidem Vesvali Istevones, sed
 „non soli: Nam cùm Plinius eo
 „loco quinque genera Germanorum
 „numeret, Vandalos, Istevones,
 „Ingevones, Herminones & Peu-
 „cinos, & singulis suas species ali-
 „quas subiciat, quo modo gene-
 „rale nomen Istevonum, quod mul-
 „tis populis commune est, ad solos
 „Vesvalos restringemus? nam si ideo
 „Istevones appellantur, quod Vest-
 „voner sint, hoc est, quod ad Rhe-
 „num proximè habitent, qui Ger-
 „maniae terminus ad Occidentem
 „est; omnes nimirum Rheni acco-
 „lae, qui intra Danubium & Rhe-
 „ni ostia habitant, per quæ ille re-
 „cto cursu in mare Septentrionale
 „effunditur, Vesvali erunt; quo

Lib. 4.
 cap. 14.

nihil dici posset absurdius; non
 modò quod Vesvaliæ fines hac ra-
 tione tum in Austrum, tum in
 Septentrionem justo longius ex-
 tenderentur, sed etiam quod ac
 Orientem oppositi omnes populi
 Ostphali, hoc est, Ostvoner di-
 cendi essent: nec foret interius
 terminus aliquis unus intermedius
 & communis, qui istos Ostvones
 & Vestvoner toto tractu sic diri-
 meret, ut speciales Osvalos ac
 Vesvalos dirimit Visurgis. Corne-
 lius Tacitus ^aIngevones proximos
 Oceano facit; his Herminones,
 illis Istevones proximè adjungit.
 Itaque si ad Oceanum, hoc est,
 ad Septentrionem proximi sunt
 Ingevones, tum Istevones nimi-
 rum ad Austrum proximi sunt, &
 proinde rectius dicantur Sudvo-
 ner, quàm Vestvoner, facta re-
 latione ad Herminones, qui inter
 ipsos & Ingevones locum tenent
 medium. Alias de harum vocum
 interpretatione conjecturas lector
 tum alibi, tum etiam apud B. Rhe-
 nanum videat. ^bSupradictus au-
 thor laudem Vesphaliæ: Quidam
 putant (inquit) quod sic dicti sint
 à quo-

^aIn Lib.
 de Ger-
 mano-
 rum mo-
 sibus.

^bRerum
 Germani-
 car. lib. 3.

„ à quodam campo occiduo, sicut
 „ Westwalder à sylva nomen tra-
 „ xerunt. Ab hac opinione non
 „ est alienus Conradus Peutingerus,
 „ qui in Epistola dedicatoria Jornan-
 „ dis; „ Ostgotti (inquit) Orientales,
 „ Vestgotti Occidentales, quem-
 „ admodum & vetusti Saxones
 „ campestres Oostfelder & West-
 „ felder appellati sunt. Huic opi-
 „ nioni etiam suffragatur Hermannus
 „ Hamelmannus, qui in Colonien-
 „ Chronico Germanico sic inquit:
 „ Henricus de Hervordia ita scribit
 „ de Saxonia; Saxonia est regio,
 „ quæ ab Albi ad Rhenum exten-
 „ ditur: & deinde in Legenda S.
 „ etiam Evaldi legitur, quo modo
 „ illam Saxoniam diviserit Wesera
 „ flumen, ut divisi Oostveldi &
 „ Oestveldi dicerentur (die am
 „ Oostenvelde / und am Westen-
 „ velde wonende): unde adhuc esse
 „ nomen apud eos, qui hodie Saxo-
 „ nes dicuntur, constat, die Oost-
 „ lingen / quo nomine illi, qui ex
 „ Orientali Saxonia veniunt, no-
 „ tantur: sic etiam Germanicè
 „ die Westbelingen dicuntur no-
 „ strates; veluti in Oestfrielande

„ & Westfrieslandt dividitur ho-
 „ die Frisia: & olim Ostrogotti
 „ & Vestrogotti dicti sunt. Hæc
 ille. Quæ tamen quo modo con-
 sistere possint, equidem non video.
 Primum enim ineptè definitur
 Saxonia regio, quæ ab Albi ad
 Rhenum extenditur; cum ad Se-
 ptentrionem Albis illi tota Nor-
 dalbingia detrahatur, ad Occi-
 dentem rursus magna pars Frisiz,
 tota Transyluania, Geldria, &
 Ultrajectensis Diocœsis addatur:
 ineptè etiam dividitur; cum supra-
 dictam illam Saxoniam non divi-
 dat Visera flumen: & quo modo
 in Legenda S. Evaldi dicatur, nisi
 manifesto scribentis errore, Vi-
 seram Saxoniam dividere, cum su-
 pra liquidò demonstratum sit,
 Saxones in Vesvalia, quæ ad Oc-
 cidentem Viseræ est, ad Caroli
 Magni ætatem usque sedes nullas
 habuisse? In Westfelder etiam &
 Westfilder non est eadem Erymo-
 logiæ ratio, quæ est in Ostfries-
 sen & Westfriesen: Nam cum hæc
 voces Ostfriesen & Westfries-
 sen / item Ostgotten & West-
 gotten ex duabus dictionibus
 com-

compositæ sint, quarum prior situm gentis, posterior gentem ipsam denotat, voces *Westfelder* & *Oestfelder* in priori quidem dictione istis respondent, in posteriori non item. Nam cum *Westfriesen* dicimus, definite significamus Frisios Occidentales, sicut Orientales Frisios, cum dicimus *Oestfriesen*: Sed cum dicimus *Westfelder* & *Oestfelder* / indefinite tantum significamus incolas camporum Occidentalium & Orientalium, quales proinde campi cum diversis in locis esse possint, voces *Westfelder* & *Oestfelder* nihilo magis gentem Saxonum exprimunt, quàm aliam quamvis, quæ similem locorum situm incolit: Etsi mihi quidem nondam satis persuasum sit, ex utraque Visurgis ripa campos hujusmodi esse, quorum ratione *Oestfelder* / & *Westfelder* aliqui dici rectè possent. Inter *Oestlingen* & *Westvelingen* / ut nominum ipsorum nulla analogia, ita & gentium relatio nulla est: Analogia enim vel *Westlingen* / ut *Ostlingen* / vel *Ostvelingen* / sicut *Westvelingen*.

lingen postulabat, si ejusdem originis voces essent. Quamvis autem hi, qui ad Occidentem Visurgis habitant hodie Westbelingen dicantur, tamen illi, qui his ad alteram fluminis ripam proximè sunt oppositi, hodie Ostlingen non dicuntur, sed Brunswickers / hoc est, Brunsvicenses: Nam Ostlingen illi nunc usitatè dicuntur, qui in Orientalibus ad mare civitatibus habitant, Bremenses, Hamburgenses, Lubecenses, & consimiles. Hujusmodi igitur conjecturas explicandis harum vocum etymologiis illi adferunt, qui Saxones ad utramque Visurgis ripam sedes habuisse putant. Quod si verum esset, necessariò utique alii Westsaren / alii Ostsaren dicerentur; ut Westfriesen & Ostfriesen / Westgotten & Ostgotten.

Etymologiae unde petenda sunt.

Una autem ratione supradictæ omnes conjecturæ labascunt, quod vocum Etymologiis causas externas ac peregrinas subijciant, quæ quod partes vocum non attingant, significationem earum explicare non possunt: nam qui vocis aliqujus

cujus Etymologiam solidè reddere velit, eum oportet ex ipsius vocis internis partibus, ex quibus est composita, significationem ejus eruere, ut ex forma declaretur effectus.

Itaque cum vox **Westvalen** ex duabus dictionibus **West** & **Valen** composita sit, eique opponatur vox **Ostvalen** / quæ composita est ex duabus dictionibus **Ost** & **Valen** / apparet, dictionem **Valen** / quæ utrobique eadem est, gentem quandam suam significare, quæ **Valen** appelletur; dictiones autem **West** & **Ost** / significare gentis hujusce situm, quo in species distinguatur: atque ita **Ostvalen** / quasi **Ostfrisien**; & **Westvalen** / quasi **Westfrisien** dici. Hoc quisquis concedit, fatebitur, **Vesvalos** & **Osvalos** esse **Vandalos**, cum **Vandali** etiam **Vali** dicti sint: **Vandali** enim non specialiter tantum, sed & generaliter nominibus appellati sunt. Dicuntur enim generaliter non modò **Vandali**, sed & **Venedæ**, & **Vendi**, & **Heneti**, & **Veneti**, & **Viniti**, & **Vinuli**, & **Slavi**, denique & **Va-**

Vandali
dicti **Vae**
li.

Vandali
diversis
nominibus ap-
pellati

Vandali-
ex gentis
amplitu-
do.

li; sicut apud Saxonem Gramma-
ticum, Helmoldum, Æneam Syl-
vium, Crantzium, Irenicum,
Reineccium, Lazium, & com-
plures alios patet. Specialia eo-
rum nomina, quæ, ut multiplicia
sunt, ita hic enumerare nihil est
neceffe, quæ iidem supradicti au-
thores consulti suppeditabunt: nul-
la enim gens inter Germanicas ma-
gis populosa fuit, quàm Vanda-
lica, utpote quæ & per Asiam, &
per Africam, & per Europam
longè lateque colonias duxerit.
Nam in Europa quidem à Sep-
tentrione in Austrum, quicquid
inter mare Germanicum & Medi-
terraneum regionum interjacet,
occuparunt. Itaque Moschi, Russi,
Poloni, Bohemi, Circassi, Dal-
matæ, Histrii, Croatii, Bulgari,
Rascii, & complures alii,
tamen si peculiaribus suis nominibus
ita distinguantur, omnes tamen
Vandali sunt, quod una eadem-
que lingua convincit, quæ omni-
bus est communis, etiamsi di-
versis dialectis, ut in aliis etiam
nationibus, nonnihil discrepet.
Ab Oriente verò in Occidentem
à Car-

à Carpatho monte ad Rhenum
 usque Germaniam occuparunt,
 exiitis paulatim Svevis & aliis
 quibusdam nationibus interme-
 diis. Ex quo patet eorum error,
 qui in usitato Germanis convicio
 Valen Italos interpretantur, quod
 hodie, ut ipsi dicunt, gentes ex-
 teras Germani Valen / & Wel-
 schen / & Belgas vocent. Primum,
 quia Vandalorum acta convicium
 hoc Germanis extorserunt, multo
 antea quàm Romani Germanos
 infestarent: Longè enim citius
 Vandali Germanis innotuerunt,
 quàm Romani. Deinde, quia ex
 Valis, si literæ modò restituan-
 tur, quæ extritæ sunt, Vandali
 fiant; ex Valis Itali fieri nullo
 modo possint, quod & in Vel-
 schis & Belgis dicendum est: Ety-
 mologias enim vocum non aliun-
 de quam ex ipsarum substantia
 accersere debemus. Inde autem
 parer hujus convicii antiquitas,
 quod in eo Vandali Polonis con-
 jungantur; cum utrosque brevitatis
 ergo (ut in conviciis fieri so-
 let) Valen & Polen appellemus:
 Poloni enim Vandalis non modò

In Ger-
 mano-
 rum con-
 vicio qui
 sint in-
 telligen-
 di Valen,
 & quare.

Convici-
 Germani-
 ci anti-
 quitas.

con-

congenitiles, sed & contreranei
 sunt. Polonia enim olim Sarma-
 tia dicta fuit, quæ Vandalorum
 omnium prima patria est, ut su-
 pra diximus. Itaque, cum hi ad
 Orientem omnium Germanorum
 extremi essent, & crebris colo-
 niis emittendis Occidentem ver-
 sus Germaniæ incumberent, qui
 priores his erant, cum à tergo
 sibi novos hospites identidem in-
 gruere viderent, rursus adesse Va-
 los & Polos clamitabant. Quæ
 conviciandi consuetudo ab his re-
 cepta in alias etiam nationes tra-
 ducta deinde fuit, ut, quæcunque
 gentes externæ sint, hodie *Wen-
 sen en Polen* appellemus. Ita An-
 glosaxones, hujus rei non ignari,
 Britannos, quasi extraneos & ad-
 venas ad Britanniam non perti-
 nentes, quam suam ipsi interpre-
 tabantur, Vallos, & partem eo-
 rum, quam in patria retinebant
 Valliam vocabant: Nam, quod
Welschen hodie extraneos appel-
 lemus, id fit ex eadem quidem
 causa, sed ex non eadem origine;
 cum Belgæ olim contra Germanos
 essent, *Belgischen* / & deinde
Belg

Welschen / & tandem Welschen
 appellarunt omnes extraneos. Nos
 igitur, quo pleniorē fidem supra-
 dictis faciamus, age declaremus,
 Valos seu Vandalos hos ad utram- Vanda-
los ad
utramque
Visurgis
ripam
olim te-
nuisse.
 que Visurgis ripam habuisse se-
 des; quod non modò Crantzii &
 aliorum testimoniis, sed & præ-
 sentibus rerum monumentis con-
 stat. Habitasse enim circa Albia
 Vandalos, testantur adhuc urbes
 celebres, circa eam sitæ, quæ di-
 cuntur die Wendesche stedde / Van-
 dalicæ urbes, quales sunt Ham-
 burgum, Luneburgum, & cæte-
 ræ; omnesque adeo civitates ac
 provinciæ, quæ Saxonibus ad
 Orientem Visurgis accesserunt,
 ex Vandaliâ captæ sunt; inter Vandali
in Orla-
lia.
 quas & terræ Brunsvicensis, quæ
 Vesvaliam ad Occidentem proxi-
 mam habet, veteres incolæ, ante
 Saxonum adventum Vandali erant,
 qui speciali nomine Vinuli dicti
 sunt. Ad Occidentem autem Vi- Vandali
in Vesva-
lia.
 surgis in Vesvalia habitasse Van-
 dalos, aliquot in Comitatu Lip-
 piaco testantur pagi, quorum no-
 men generale est, die Wende
 Burde: Adde quod nobiles ho-
 die

die sint in Vesvalia, dicti die
 Wenden/ qui multum juris ha-
 buere in hoc Comitatu & urbe
 Lemgovia; ubi adhuc est porta
 dicta die *Slages porten*/ id est,
 Slavorum porta, circa quam suas
 curias & hortos habent isti nobi-
 les: est autem ista porta versus il-
 lam dirionem sic à Vandalis nun-
 cupatam, quod & Reynerus Rey-
 neccius testatur, & Hermannus
 Hamelmannus, cujus verba hic
 aliquatenus retulimus. Quo tem-
 pore autem Vandali singulas co-
 lonias suas, & in quas provincias
 duxerint, curiosius hic explicare,
 non est hujus instituti nostri; stu-
 diosus lector videat Wolfgangum
 Lazium de migrationibus gen-
 tium; Matthiam de Miechou Cra-
 coviensem in libello de duabus
 Sarmatiis Asiana & Europiana,
 item Æneam Sylvium in historia
 Bohemica, & Blondum lib. 8. de-
 cad. 1. Orosium lib. 7. cap. 38.
 40. 41. Paulum Diaconum lib.
 13. & 14. Albertum Crantzium
 in Vandalia & alibi, Beatum
 Rhenanum rerum Germanicar.
 lib. 1. & 3. Franciscum Irenicum
 in

in exegeſi Germaniæ lib. 6. cap. 25.
 & hiftoricos alios, qui fuſius res
 Vandalorum, in diverſis provinciis
 geſtas, executi ſunt. In propoſito
 noſtro quando Vali Oſthyaliam
 & Veſthyaliam occuparint, nemo
 ſupradictorum authorum ſatis di-
 ligenter explicavit, nobis id, ut
 & alia non pauca in rebus Germa-
 nicis, Annalium noſtrorum bene-
 ficio determinare facile eſt: In
 quibus id factum deprehendimus
 anno Chriſti 183. ex quo etiam
 tempore in hiftoriis noſtris Veſ-
 vali nominantur. Certum tamen
 eſt, Vandalos ante Cornelii Ta-
 citi ætatem (qui circa annum
 Chriſti centeſimum vixit) in Veſ-
 valia non habitaſſe, cum ille ibi
 Angrivarios collocet, & Cha-
 mavos, quos ſua memoria inde
 Bruſteros expulſiſſe ſcribit; a de
 Valis aut Vandalis illic agentibus
 nihil dicit. Verum nihilominus
 & hoc tamen eſt, quod multo
 ante hæc tempora Vandali Veſ-
 thyaliam tentarint: Blondus enim
 commemorat, b Cornelium Ta-
 citum tradidiſſe (nam nos libros
 ejus neque omnes, nec integros
 habere

Vandali
 ſeu Vali
 quando
 Oſtha-
 liam &
 Veſtha-
 liam oc-
 cuparint

a De
 morib.
 German.

b Lib. 1.
 decad. 1.

habemus) Vandalos tempore Augusti Cæsaris Orientalem Rheni ripam octuaginta hominum milibus occupasse, sed inde, per Drusum ac Tiberium pacata interiori Germania, in proprias sedes esse repulso; ubi proprias eorum sedes intelligendas esse puto illas, quas ipsis attribuit Plinius ad montem Carpatum in confinio Sarmatiæ sive Poloniæ. Ex ista tamen primæva patria sua jam ante hæc multo tempore colonias duxerant ad littora maris Baltici; cum quibus ab initio Danis ac Saxonibus contentio fuit: Nam Saxo Grammaticus, Danorum Historicus, horum Vandalorum (quos ipse Sclavos appellat) regem Scalcum debellatum scribit à Danorum rege Helgone, quem nos unà cum fratre Roë, qui Roschildiam condidit, Danorum regno inauguratumprehendimus, anno ante natum Christum 182. Itaque & ante, & post Cornelium Tacitum Vandalos in coloniis ducendis occupatos fuisse constat. M. Antoninum Philosophum cum Marcomannis confluisse anno Christi

M. Ant.
Philoso-

Christi 174. Chronologi communiter testantur: Marcomannos autem istos fuisse Vandalos asseverat Crantzius, quanquam alii Suevos fuisse tradant. Certè Marcomannis adversus Cæsarem subsidio fuisse Vandalos refert Eutropius, cui subscribit & Orosius. Post hoc bellum, elapsis annis novem, annò scilicet Christi 183. in archivis nostris adnotatum reperio, totam Germaniam tremelactam esse à Valis & Polonis, qui impressione facta multas gentes vel in angustum coëgerunt, vel etiam penitus expulerunt, & ad utramque Visurgis ripam sedes suas collocarunt. Ex his tum mille quingentos per Visurgin in Frisiam delatos, ad Orientalem Amisis fluvii ripam consedis, author est Andreas Cornelius Stauriensis, qui Vandalos eos simpliciter appellat; & ibidem anno eodem, qui Adelboldi Frisorum Ducis annus decimus fuit, à Tito Bojocalo ejus fratre, qui & M. Antonino adversus Marcomannos subsidio fuerat, & fratri postea in Ducatum Frisix successit,

phus ad-
versus
Marco-
mannos-

Lib. 8.

Lib. 7.

cap. 15.

Vanda-
li à Fri-
siis cæsi.

Frisio-
rum res-
cum

Vesvalis
gesta.

Osvali
Orienta-
les. Ves-
vali Occi-
dentales
Vali seu
Vandalj.

Vesvalici
nominis
etymolo-
giam non
aliunde,
quàm à
Vandalis
seu Valis
pendere.

cessit, ad internecionem esse de-
letos tradit. Ex hoc igitur tem-
pore nostræ genti crebrò bellum
cum Vesvalis fuit, quorum no-
men hæcenus auditum non erat.
Nec mirum quidem id fuit, cum
omnes, qui advenerant, Vali essent,
ratione intermedii Visurgis, hos,
qui ad Occidentem erant, Vesva-
los, ut & illos, qui ad Orientem
erant, Osvalos esse dictos. Cum
igitur ab eo inde tempore Ves-
vali & Osvali dicti sint, qui utram-
que Visurgis ripam accolunt,
& Vesvali ad hunc usque diem
nomen hoc inviolatum servant,
consequitur, Vesvalici nominis
Etymologiam non aliunde quam
à Vandalis pendere. Primum,
quia Vesvali non minus quam Os-
vali, Vali, hoc est, Vandalis
sunt; cum non alia re, quàm si-
tu Visurgis intermedii inter se
differant: Deinde, quod Vali seu
Vandalis, qui ad Orientem Vi-
surgis erant, non alia de causa,
teste Crantzio, Osvalici dici de-
fierint, quàm quod, à Saxonibus
occupati, Saxones dici experint.
Quocirca cum ad Caroli Magni
usque

usque ætatem Vali seu Vandali, qui ad Orientalem Visurgis ripam erant, Osvali usitatè dicti sint, ut ex Francicis, Saxonibus, & Vandalicis scriptoribus patet, (etiamsi jam tam aliqui ex his in potestatem Saxonum redacti essent, ut de Vinuliis supradictum est) dubitare nemo debet, quin eorum patria Osvalia latinè, & Ostvalen Germanicè, & ipsi Ostvelingen dicti sint; cum hi, qui è regione illorum degunt, hætenus Vesvali, & eorum patria latinè Vesvalia, & Germanicè Westvalen / & ipsi Westvelingen dicantur: nec enim causæ quicquam reddi potest, cur dubitemus, ejusdem gentis duas species eandem analogiam differentiarum in altera conservasse itidem, atque eas illam in altera conservasse videmus.

Sic igitur Vesvali deprehenduntur non Saxones, sed Vandali esse, id quod & ipsum nominis Etymon apertè testatur: Nam si Vandalos ab Ethnarcha Vandalo deducis, qui non modò posteritati suæ, sed & fluvio, apud quem sedes suas habuit, nomen suum indidit,

Etymon
nominis
Vandalici.

didit, tam Vesvali quàm Osvali ad illum reducuntur; quia utrique Vandali sunt, & ex ea regione sunt progressi, quam fluvii Vandali fontes authoris cognominis sedem fuisse demonstrant. Si autem ad mores gentis Etymon refers, & Vandalos proinde ambulatorios interpreteris, ne sic quidem à scopo aberraveris: Nam cùm Vandalicæ gentis secretitas singularis fuerit, & proinde ob angustias antiquorum sedium crebras colonias emisit, dum hæ novis sedibus quærendis occupantur, *Wandalen* / id est, ambulare, vagari & peregrinari coacti sunt. Itaque ne longè abeamus, Osvali erant, qui novis sedibus quærendis Galliam, Hispaniam, Africam, & alias complures regiones peragrarunt, & occuparunt; de quibus omnes omnium historiæ ejus sæculi loquuntur: Vesvali etiam quomodo ob eandem causam etiam hodie in diversas provincias peregrinantur, nemo luculentius explicaverit, quàm author laudum Vesvaliæ, Vesvalus ipse, Varnerus Ro-
levinck

levinck. Nec offendere interim
 quenquam debet scripturæ diver-
 sitas apud authores, cum alii Vef-
 phalos & Ofphalos; alii Veffa-
 los & Offalos; alii Vesvalos &
 Ofvalos scribant: postrema enim
 hæc scriptura tantum genuina
 est; cum ex Vandalis Vali fi-
 ant, qui in Ofvalos & Vesvalos
 dividuntur: Vestphalones, &
 Vesphalai, & consimiles erroneæ
 scripturæ habendæ sunt, & quæ,
 quantum quidem ad hanc gen-
 tem pertinet, nulla ratione ni-
 tuntur.

C A P. XIII.

*Quæ sit causa Nominis Saxonici in
 Vesvalia.*

His igitur ita discussis, restat
 jam explicare, quæ causa sit
 nominis Saxonici in Vesvalia;
 cum Saxones ad Carolum Mag-
 num usque sedes in Vesvalia nul-
 las habuisse ex supradictis jam
 satis constet. Et sanè hujus erro-
 ris equidem tres causas, ut nu-
 mero dicam, deprehendo. Ha-

Tres
 causas, cum
 Vesvali
 dicantur
 Saxones

X

rum

- Causa 1. rum prima est, quod Brunonios, qui cum Saxonibus per Albin anno ante Christum natum 300. appulisse referuntur, Saxones fuisse, & mox in Vesvaliam venisse putant: Altera causa est, quod Hengistus & Horsus, qui veteres Saxones & Anglo-saxones dicti sunt, Vesvali fuisse credantur: Tertia causa est, quod Frisii, qui in Vesvalia aliquando dominati sunt, à plerisque scriptoribus, ob gentium vicinitatem, Saxones appellantur. Quæ singula quid firamenti habeant, ut singulatim exploremus, sequemur ductum Annalium nostrorum, cum quibus & aliarum nationum tempora jungemus, & maxime Romanorum.

a Cap.
25. lib. 2.

Saxones igitur per Albin appulisse in Holsatiam anno ante natum Christum 300. nostri Annales referunt, cum quibus consentiunt Vernerus Rolevinck, & Gobelinus, & conplures alii, de quibus alias copiosius. Annales nostri referunt, Brunonios eodem tempore, per Albin paulo altius subvectos, inter Albin & Visur-
gin

gin contedisse, ibidemque provin-
ciae suae caput, Brunsvicum ædifi-
catum, de nomine fundatoris sui
appellasse. Ex horum posteris tan-
dem Angrivarios cum Chamavis,
trajecto Visurgi, sedibus suis ex-
pulsisse Bructeros, Varnerus Ro-
levinck, & Gobelinus, & alii
Saxones, mox, ubi Hollatiam oc-
cupassent, in Vesvaliam penetrasse
scribunt. Sed duplex eorum error
est. Primum, quod Brunonios
nobis non distinguant à Saxoni-
bus; deinde, quod eosdem Bru-
nonios mox in Vesvaliam dedu-
cant. Saxones enim in Vesvaliam
nunquam venerunt, ut supra satis
declaratum est, & alioqui tam
numerosi tunc non fuerunt, ut
duabus provinciis, præsertim tam
longè disjunctis, ad conservan-
dum pares esse potuerint: Bruno-
nii autem in eam non venerunt
ante annum à primo adventu qua-
dringentesimum, ut mox videbi-
mus. Hactenus autem à Romanis
& Græcis scriptoribus ad proban-
da nostra parum subsidii habemus,
cum tam altè non ascendant, ut
ad Macedonici exercitus reliquias

Bruno-
nii quan-
do in Ves-
valiam
venerint.
Vetustis-
simi au-
thores de
Brunoniis
& Saxo-
nibus ni-

hil ha-
bent.

tingant. Nam Strabo omnium an-
tiquissimus, qui sub Augusto Cæ-
sare Germaniam descripsit, de Sa-
xonis ac Brunonis nihil habet;
nihil habet etiam Plinius, qui
scripsit sub Vespasiano; nihil de-
nique Cornelius Tacitus, qui
scripsit sub Trajano, annis centum
post natum Christum. Ptolemæ-
us, qui Tacito succedit, & anti-
quiores interim tabulas sequi di-
citur, Saxonum meminit; quos
tamen à Velvalia satis dilucido
interstitio removet, dum eos su-
pra Cimbrorum dorfa, hoc est,
in Holstia, collocat. De Bruno-
nis nihil habet: sed hoc mirum
non est, cum horum nomen jam
antea Suevis ac Vandalis, ut
postea Saxonibus supervenienti-
bus, obscuratum sit: nec enim
Geographi, præsertim extranei,
omnes omnium gentium muta-
tiones adnotant, quarum descri-
bunt sedes. Brunonios autem pri-
mo adventu statim in Velvaliam
non venisse, ex Tacito non ob-
scure colligimus; ^a cum ad suam
usque memoriam Bructeros illic
fuisse innuat: Nam cum Bructe-
ros

^aIn lib.
de morib.
Germa-
norum.

ros à Druso, qui sub Augusto
fuit, ipse debellatos quidem, non
tamen pulsos commemoret; eos-
demque ab Angrivariis ac Cha-
mavis demum sua memoria sedi-
bus suis expulsos, ac prorsus ex-
citos esse commemorat; satis in-
telligimus, hos ipsos Bructeros
Vesvaliæ primos & antiquissimos
esse incolas; quia à primo Saxo-
num adventu illic alii incolæ non
reperiantur: Bructeros autem non
fuisse Brunonios, ex eo patet,
quod à Brunoniis ejecti sint; An-
grivarii enim Brunonii erant, ut
supra diximus.

Ex huiusmodi ergo errore prima
Saxonici nominis causa pendet.
Secundam temporis decursus ar-
guet: nam cum non longè post

1. Cap.

Taciti ac Ptolemæi ætatem, hoc
est, anno centesimo octuagesimo
secundo, Vandali Osvaliam &
Vesvaliam occupassent, ut supra
dictum est, ab hoc tempore ad
Carolus Magnum usque, hoc est,
totis fere sexcentis annis Vesvali
Vesvaliam obtinuerunt; veri Sa-
xones in Vesvaliam hætenus non
venierunt: quod patet non modò

Lib. 2.
cap. 14.

ex his, sed & ex iis quæ supra
 toto hoc libro pluribus locis jam
 dicta sunt. Velvalos autem cum
 generaliter & indefinitè dicimus,
 interdum etiam Angrivarios sub
 ipsis comprehendimus, ob vicini-
 tatem loci, quæ conjuncti sunt.
 Interim tamen, ne gentium diver-
 sarum confusio fiat, sciendum est,
 Angrivarios re vera Velvalos non
 esse, quia Vandali non sunt: Van-
 dali enim cum has terras occupa-
 rent, Chamavos subegerunt, &
 quasdam gentes alias, de quibus
 speciatim in Germania nostra di-
 cturi sumus: Angrivarii autem,
 qui nec vincere nec vinci pote-
 rant, cum Vesvalis foedus æternæ
 societatis contraxerunt. Hinc est,
 quod ad Carolum usque terra om-
 nis, quæ intra Rhenum & Visur-
 gin est, in Vesvaliam & An-
 griam, sive Angariam, sive An-
 grivariam dividatur; & Episcopus
 Colonienfis se Ducem Vesvaliæ
 & Angariæ scribat. Itaque &
 scriptores Francici in bello Saxo-
 nico, sub Carolo Magno, Ves-
 valos & Angrivarios intra Visur-
 gin, Saxones ultra Visurgin col-
 lo-

Angriva-
 rii Vel-
 vali non
 sunt.

locant, utpote quorum sedes intra
 Viurgin haftenus nulla fuerant.

Vesvali igitur ab eo tempore Vesvali
 quo terram istam occupassent, unà cum An-
 grivariis, Frisios
 cum confederatis Angrivariis, Frisios
 vicinam Frisiam diversis incursio-
 nibus infestant, & tandem an-

no Christi 344. qui Odilbaldi Fri-
 siorum ducis natus fuit, terram
 Gruninganam ex improbito inva-
 serunt, & ante quam Frisii in ar-
 mis esse possent, omnia flammis
 ac rapinis vastaverunt usque ad
 fluvium Lavicam, qui eam ter-
 ram ab Occidentali Frisia separat:

Odilbaldus autem, contractis Frisii
 quantocius copiis, hostes fugien-
 tes non modò praeda exiit, sed &
 domum usque insecutus, castris
 aliquot ac munitionibus occupa-
 tis privavit; nec porrò destitit,
 donec Angrivariam totam, &
 maxima quoque ex parte Vesva-
 liam suæ ditioni subjugasset, re-
 licto illic præfidiario duce, cui
 nomen erat Yglo Lascon. Ille
 hisce populi in officio continen-
 dis præfuit annis integris sexagin-
 ta quinque, & ad securitatem do-
 mini sui ædificavit arces tres, pri-
 mam

nam in Angria, quæ postea Vi-
tekindi fuit; alteram Susati, quæ
postea in civitatem per Dagober-
tum Clotarii filiam sublimata, &
tandem S. Caniberto Coloniensi
Episcopo donata est, quod nostris
scriptoribus referentibus attestan-
tur Chronica civitatis Lippie &
Coloniensis; tertiam Iburgi, quod
nunc Driburgum dicitur, de qui-
bus infra plura.

Udol-
phus Ha-
ron.

Supradictus autem Frisiorum
dux Odilbaldus filium habuit, cui
nomen erat Udolphus Haron,
quem Gymnasticis certaminibus
egregiè domi exercitatum, anno
Christi 357. in Angriam misit,
ut eum Yglo Lascon veris præliis
cum hoste subeundis expoliret,
apud quem paulo plus biennio uno
fuit.

Vetgistus
Saxonum
satrapa.
Vetgisti
filii Hen-
gistus &
Horsus.

Habitabat ea tempestate prope
Hamburgum præcipuæ nobilitatis
satrapa Vetgistus, qui filios duos
Hengistum & Horsum, & filiam
unam nomine Svanam habebat.
Filii in Albis mortui sunt. Udol-
phus dum, visendorum amicorum
gratia Saxoniam in, ressus, ad
Vetgistum divertit, amore Svanæ
cor-

correptus est, quam & cum parentum utrinque consensu uxorem duxit: patre deinde defuncto, anno Christi 360. septimus & ultimus dux Frisiz inauguratus est; nam post hunc reges novem Frisiz præfuerunt usque ad Carolum Magnum.

Huic autem duci Udolpho nati sunt filii duo, quorum majorem Hengistum, minorem Horsum appellari voluit, ad solatium uxoris in memoriam ejus defunctorum fratrum. Hos igitur nepotes suos avus maternus Vergistus in filiorum locum adoptavit.

Udolphi
filii Hen-
gistus &
Horsus.

Pater verò naturalis Udolphus eos, simul atque ætas tulit, ad Imperatorem misit; in cujus aula educati, & omni rei literariæ ac bellicæ disciplina exculsi sunt. Quos inde reverbos pater, ne otio torpescerent, in Angriam misit, ut cum Yglone duce ditionem suam illic militari fortitudine tuerentur & augerent. Ac fuerunt illi quidem in Angria ob egregiam virtutem tum subditis suis, tum finitimis populis, & præcipuè cognatis Saxonibus charissimi. Sed

Hengi-
stus &
Horsus in
Angriam
missi.

in hac prosperitate eos diu versari fortuna non tulit.

Lex Fri-
sonis de
colonis
ducendis.

Non multo post enim popularis querela Frisiam pervagata est, hominum multitudinem in immensum auctam esse, terræ angustiam omnibus alendis amplius non sufficere: More majorum igitur coloniam esse ducendam, secundum veterem legem Frisonis, quæ singulis annis in Comitibus publicis ad hunc usque ducem promulgata fuerat. Ea igitur querela postquam ad aures ducis pervenisset, ille tota ditione sua comitiis indictis validissimos ac præstantissimos quosque juvenes de omnibus civitatibus ac pagis suis in eum finem delegit, ut hi foras emissi, decessu suo patriam angustias levarent, & virtute sua novas sedes sibi ipsi quærerent ac pararent; in quo nec filiis quidem suis pepercit. Inter quos proinde juvenes, à duce sic delectos, fors missa declaravit, quibus decedendum foret: Inter quos cum & Hengistus & Horsus reperti essent, ipsi duces reliquis præfecti sunt. Quæ sic gesta esse Britannici scriptores, &

Sorte
coloniz
delige-
bantur.
Hengi-
stus &
Horsus
coloniz
ducendæ
præfecti.

Hol-

Hollandorum Chronica nobis attestantur. De tempore hujus expeditionis inter scriptores Frisicos, Saxonicos, Britannicos & Hollandicos mira discrepantia est, quam nos commodius conciliabimus in opere, quod peculiare de Hengisto & Horfo cudimus. Congregati autem prope Dockenburgum, quod nunc Doecornium appellatur, comparatis subsidiis ad profectiorem necessariis, anchoram solverunt, & per fluvium Lavicam Elsonstadium appulerunt: quæ civitas tunc Frisix ad Septentrionem extrema ex opposito insulæ, quæ Monachorum Ogya dicitur, portum opportunum mari Lavicano præbuit; nunc eluvione maris una cum ingenti parte terræ absorpta, nullum sui vestigium usquam nisi in literis reliquit. Inde relicta patria, vecti tribus longis navibus; quas ipsi ob celeritatem patria lingua Schuilen appellabant, Gildas Britannus Chiulas vocat, Galfridus Monemurenfis celoces rectè interpretatur; rectè in Angliam delati sunt: Illam dico Angliam, quæ Iutix proxima

Iter
Hengisti
& Horfo.

Frisio-
rum co.

X 6

est,

Monia in
Anglia
veteri.

Hengi-
stus &
Horsus
piraticam
exercent.

est, de cujus nomine Britannia nomen Angliæ postea accepit. In hac enim Anglia tutissimum habuerunt receptaculum, quo capterent commodam occasionem occupandæ alicujus provinciæ, in qua sedes suas figerent: ille habebant enim isti oportunitatem portuum, & Saxonibus suberant, qui diuturna piratica jam celebres erant, ipsique Hengistus & Horsus antiqua etiam cognatione tum Saxones, tum Anglos contingebant; cum antiquissimi Saxonum duces, inter quos Vergistus, ejusque majores erant, ex Syfrido descendant; cujus pater Geroldus Saxonis filius, mater Engela Anguli filia fuit, ut ad Saxonem Grammaticum supra demonstravimus. Hinc igitur per multos annos in Britanniam & Armoricas civitates cum Anglis & Saxonibus piraticam exercuerunt, unde & ipsi Anglosaxones dicti sunt, & tandem, oblata occasione in Britanniam vocati, egerunt ea, quæ a scriptoribus fide dignis memoriæ mandata sunt. Hinc igitur luce clarius apparet, Hengistum & Hors-

Horsum, qui Britanniam occupant, non Saxones fuisse, sed Frisios; quod tamen suo loco plenius etiam demonstraturi sumus: apparet etiam aliam esse seu Angariam, seu Angriam, seu rectius denique Angrivariorum sedem in Vesvalia; aliam esse Angliam veram intra veterem Saxoniam & Jutiam; aliam denique Angliam esse ex hujus nomine dictam, quæ antea Britannia dicta fuit; omnesque hos locos dilucido interflitio inter se esse disjunctos, & proinde ex ignorantia veritatis nata esse figmenta Crantzii, qui Angriam Vesvaliæ modò Angliam, modò Angliam vocat. Cum autem Hengisti filius Orichius post obitum patris in Britannis subigendis adhuc multum negotii haberet, filium natu majorem Octam sibi laborum socium, & regni successorem in Britannia retinuit; natu minorem Ebissam in Frisiam transmisit; tum ut extra periculum esset, tum etiam ut ea, quæ ex majorum vel successione vel beneficio habere posset, iis uteretur ad fortunæ suæ fabrica-

Orichius Hengisti filius.

Octa filius major Orichii.

Ebissa Orichii filius minor.

tionem. Octa & Ebissa meminit Galfridus Monemutensis lib. 6. cap. 13. sed perperam Hengisti filios facit, qui nepotes ex Orichio erant; sed Ebissa postea nunquam rursus mentionem facit, ut satis intelligas, eum in Britannia non mansisse. Beda lib. 2. cap. 5. Octa meminit, Ebissa non item; quod ideo factum puto, quod illic tantum regni Cantiani successores recenseantur, qui ex Hengisto descenderunt. Comiter autem Ebissa à Frisiorum Rege exceptus; & feudo totius Angliarum, bonæque partis Wessex, quanta intra Lippiam continetur, donatus est: clypei insigne illi datus est equus niger; equus quidem ad memoriam avi, cuius nomen Hengistus equum significat: solent enim veteres huiusmodi quasi hieroglyphicis majorum suorum memoriam posteritati commendare. Sic enim & Picentes avem picum in vexillis militariibus præferebant, teste Sabellico, quod gentis eorum conditor Picus dictus fuerit. Color autem equo niger additus est, ad recordationem.

dationem atræ fortis, qua ille
 regno Frisiæ privabatur, cujus
 alioqui legitimus hæres erat. Hic
 igitur Ebissa, cum ita cum suis
 in Vesvaliam concessisset, comi-
 tes suos Saxones veteres dici vo-
 luit; & in ea de nomine Saxo-
 num Sassenorp & Sassenburg,
 quæ condiderat, appellari voluit:
 tum quod ipse in veteri Saxonia
 natus esset, & pater avusque ve-
 terum Saxonum hospitio diu usi,
 veteres Saxones & ipsi ab exteris
 appellati essent, & denique quod
 maternum genus ex veteri Saxo-
 nia ducerent. Quare & Beda
 maternam stirpem Hengisti &
 Horfi referens cap. 15. lib. 1. Beda
mater-
num ge-
nus Hen-
gisti re-
fert.
 „Erant (inquit) filii Vergisti,
 „cujus pater Vitta, cujus pater
 „Veſta, cujus pater Voden, de
 „cujus stirpe multarum provincia-
 „rum regum genus originem du-
 „xit. Hengistus enim patris na-
 „turalis familia per sortis acerb-
 „tatem privatus, familiam patris
 „adoptivi secutus est; ex qua sola
 „ducum Saxoniorum genealogiam
 „hodie plerique deducunt, cum fa-
 „miliam patris naturalis ignorent:
 Alio-

Hengisti
genus pa-
ternum.

Alioqui enim Hengistus in naturalis patris stirpe recta linea in Frisonem gentis nostræ conditorum reducitur, uno tantum gradu interclusus regia successione, hoc modo: Hengisti & Horfi pater erat Uldolphus Haron, septimus & ultimus Frisorum dux: Frissi enim ab initio ad Carolum Magnum usque septem principes, totidemque duces, & novem reges habuerunt: Uldolphi pater erat Odilbaldus, illius Haron, illius Ubbo, illius Richoldus, (sed non dux Frisæ; nam duo patrueles ejus post avum vicissim imperarant, Titus & Adelboldus:) Richoldi pater erat Asconius dux Frisæ, idem qui Titi pater, & Adelboldi erat: Asconii pater erat Tabbo septimus & ultimus Frisorum princeps; cujus pater Dibbaldus Segon, cujus pater Diocarus Segon, cujus pater Asinga Ascon, cujus pater Adel, cujus pater Friso, frater Saxonis. In quem si maternum Hengisti genus pari successione referatur, equidem non video, quis Princeps antiquiori nobilitate hodie polleat in

in Germania, quam Hengistus, ex quo maxima pars Germanorum principum originem trahit; ut de multis externis Principibus interim nihil dicam: Nobis autem ex Archivis nostris defectum Saxonum in materna Hengisti linea, nec ad Saxonem ascendendo, nec ad Viuekindum descendendo, supplere admodum difficile erit; quod & in peculiari opere, quod de Hengisto & Horfo dabimus, diligenter faciuri sumus. Interim verò ut ad Vesvaliam redeamus, Ebissa Hengisti nepos hoc facto suo occasionem dedit, ut Vesvalia, quam nihil minus quam Saxonia esset, tamen non modo Saxoniam, sed etiam veteris Saxoniam nomen obtineret: Quæ res ignorata Crantzium coëgit in omnia se vertere, ut hanc primam Saxonum sedem declararet. Idem Ebissa & alteri errori occasionem dedit; nam cum illè cum suis ex Britannia venisset, non defuerunt, qui scriberent, Saxones originem duxisse ex Britannia. Quod Crantzius non modò serid, sed & cum stomacho refellit; quanquam & ipsum

Vesvalia
unde ve-
rus Saxo-
nia dicta
sit.

LIBROS
DEL DR.

Unde
aliqui
scribant
Saxones

ex Britan-
nia
orundos.

ipsam Ebissam in Britannia nati-
tum, & multos juvenes in comi-
tatu suo habuisse, quidam referant,
qui & ipsi in Britannia nati erant;
quanquam hoc temporum ratio
falsum esse convincat, ut in Hen-
gisto dicturi sumus, & Galtridus
testetur, Ebissam à patre in Bri-
tanniam esse vocatum.

Tertia
causa.

Prima igitur & secunda erroris
causa sic discussa, restat tertia, quæ
Ermos Saxonum nomine obum-
bravit, & quæ propria Filiorum
erant, ea Saxonibus adscripta
quod ex dominatu Frisorum ac-
cidit, quem in Vesvalia habue-
runt, quæ Saxoniarum nomine jam
vulgo ob supradictas causas cen-
sebatur. Hengisti filius, ut supra
dictum est, Orichius fuit, huius
filii duo erant Osta & Ebissa. Ex
Osta sunt Cantiorum reges in An-
glia; ex Ebissa sunt Angrivario-
rum duces in Vesvalia, recta li-
nea descendentes in Vitekindum
Magnum. Ante hujus autem
Ebissæ adventum Frisorum reges
Angrivariam & Vesvaliam per
duos præfectos gubernabant; quo-
rum alter in Angria, alter Susati
præ-

Posteritas
Hengisti.

præsidium habebat. Postquam
 Ebisla advenisset, Angriense præ-
 sidium illi, ut coronæ Frisicæ va-
 sallo ad tutelam ditionis suæ tra-
 ditum fuit: Præsidium Susatense
 Frisi ad defensionem reliquit di-
 tionis, quam in Vesvalia habe-
 bant, sibi retinuerunt, cui &
 Driburgense accedebat. Atque ita
 conjuncto moderamine pariter illi
 Vesvaliam gubernarunt usque ad
 Clotharium 2. Francorum regem,
 Dagoberti patrem: per hunc
 enim, imminutis Frisiorum viri-
 bus, Sigardus, qui tum Angri-
 variorum princeps erat, Franco-
 rum vassallus factus est, & cum
 posteris suis mansit usque ad Vi-
 rekindum. Quæ res quò clarius
 intelligatur, seriem regum nostro-
 rum paucis hic subijciam. Itaque
 patri Hengisti & Horsi Udolpho
 Haroni, (quia hæredes masculos
 non habebat) filiis istis orbaro,
 cum consensu ordinum Frisicæ suc-
 cessit gener ejus Richoldus Uffo,
 qui regium diadema primus sump-
 sit: Richoldo successit Odilbal-
 dus; Odilbaldo Richoldus secun-
 dus; Richoldo demum Beroal-
 dus,

Regum
 Frisiorum
 series.
 Richol-
 dus Uffo.
 Regnum
 utriusque
 Frisicæ
 unitum.

Francorum cum
Frisiis pri-
ma con-
tentio.

Clotharii Franci
victoria
de Frisiis.

500 dus, qui Clothario Francorum regi æqualis fuit. In hoc autem Beroaldo unitum est utrumque regnum Frisiz: nam cum antecessores ejus, quos hic non inavimus, ad Orientem tantum Flevis fluvii, qui mari Hollandico nunc absorptus est, regnavissent, ille etiam regnavit ad Occidentem. Ante horum regum tempora non comperio, Francos cum Frisiis bello concertasse: sed cum illi trans-Rhenanis dominiis aucti, Frisii autem Hengisti illa expeditione Britannica, quæ aliis super alias copiis perendis Frisiam vacuabat, diu multumque exhausti essent, mox Richoldum primum Clodoveus primus, & cæteri cæteros deinceps porro semper infestaverunt, usque ad Clotharium Dagoberti patrem, qui supradictum Beroaldum non modò Vesvalia, sed & utroque regno Frisiz, & vita denique exuit, & Sigardum vasallum Francis reddidit. Quantum autem momentum Francis in hac victoria fuerit, inde lector æstimet, quod hujus Beroaldi regnum, ad Orientem Jutia, ad Occi-

Occidentem Gallia, ad Septentrionem continuo Germanici Oceani litore inter hæc duas extremitates porrecto terminatum fuerit, ad Austrum autem omnia, quæ intra mare Australe sunt, quod tamen tum temporis adhuc nullo erat, & ultra hoc etiam ditionem Ultrajectinam cum adnexis usque Noviomagum, Transilulaniam quoque & Salandiam; & qua continens Frisia est, Drentiam, Dubantiam, Tecklenburgiam, Benthemiam, Angrivariam & Vefalia partem maximam continuerit. Clotharius igitur, interfecto Beroaldo, Fasis in solatium tantæ calamitatis regem constituit Adgillum, interempti Beroaldi filium, admodum adolescentem, adjunctis illi quatuor curatoribus, ex gente Frisica delectis, quos à religione Christiana non abhorreere cognoverat; quod prudenter fecit, ut rebellionum causas tolleret.

Adgillus
Beroaldo
patri in
regnum
Frisiæ sus-
fectus.

Quod ad paterni regni metas attinet, Adgillo ad Orientem nihil ademit; ad Occidentem omnia abrasit, quæ ultra eam terram sunt,

Quæ
Frisiorum
regno
Clotha-
rius ade-
merit.

Sigardus
Francis
vassallus
factus.

Adgillus
Beroaldi
filius.

sunt, quæ tunc Frisia Occidenta-
lis, nunc Hollandia Septentrio-
nalis dicitur: ad Austrum ademit
omnia, quæ ultra mare Austri-
num sunt; & qua Frisia continens
est, omnia abtulit, quæ ultra
Drentiam ac Dubantiam sunt. In
signum etiam subjectionis, tribu-
ti nomine Frisiis imperavit annuos
sexcentos boves. Sigardum autem,
quod Francis devinciret, feudo
Angrivariæ ac partis Vesvaliæ,
ut à Frisiis habuerat, donavit:
præfecturam Iburgensem cum ar-
ce addidit, eumque & munitio-
nibus aliquot erectis in Vesvalia
versus Frisiam, qua continens est,
præfecit, ut inter fidelitatis ac
proditionis necessitatem eum ve-
lut inter sacrum & saxum consti-
tueret: quæ res tum Sigardo, tum
posteris ejus, multæ invidiæ mag-
næque calamitatis causa fuit, ut
aliàs latius declarabimus.

Porro autem Adgillus Beroal-
di filius regnavit continuis annis
octuaginta, & cum ephoros istos
haberet, ipseque vir esset amans
pacis, in magna quiete Frisiam
gubernavit. Interea temporis ergo
Franci

Franci occasionem habuerunt propagandæ religionis Christianæ: Mox enim Dagobertus Clotharii filius Salsatam dedit S. Cuniberto Episcopo Coloniensi, qui illic seminarium doctrinæ Christianæ constituit. Mox etiam idem dedit Ultrajectum eidem S. Cuniberto, qui ibidem quoque simile seminarium erexit, extructo oratorio in honorem Sancti Thomæ, misitque viros pios ac doctos, qui prædicarent infidelibus verbum domini; quibus præfecit S. Koniothum, qui post S. Agistum secundus Frisorum Apostolus fuit, ante S. Villibrordum plusquam 60. integris annis: quod testantur præter alios Joannes Becanus Canonicus Ultrajectinus, & Wilhelmus Heda Præpositus Arnheimensis.

S. Coniochus.
S. Agistus.

Adgilli filius ac successor fuit Radbodus, ejus nominis primus, ille impius, qui pedem retraxit ex Baptismo, & regnavit annis quinquaginta. Is Franci rebellavit, & omnia ferme rursus ademit, quæ avus amiserat; cum quo Carolus Martellus

Radbodus primus Adgilli filius.

tellus & Pipinus vario Marte luctati sunt.

Negligentia
Francico-
rum scrip-
torum.

Hic igitur mihi subit mirari ignaviam Francorum, qui tam negligenter versati sunt in regum suorum rebus præclare gestis memoriarum mandandis, ut eas non modo magna ex parte prorsus omitant; sed & eas quoque, quas tractant, legitimis personarum, temporum, locorum, causarumque circumstantiis fere nusquam rectè distinguant. Patet id præsentis hoc exemplo, quo ea, quæ contra Frisios egit Clotharius, illi contra Saxones acta esse prædicant: Berioaldum enim supradictum Frisiorum regem illi ducem Saxonum fuisse narrant, & depravato etiam nomine Berioaldum vocant, ut apud Sigebertum & Aimoinum videre est.

„Sigebertus quidem Gemblacensis: Anno (inquit) Christi 630 Lotharii 43. Dagobertus rex Saxonibus bello occurrit; cui patet Lotharius rex accurrens auxilio, interfecto Berthoaldo duce Saxonum, victoriam obtinuit, & pervagans omnem Saxoniam,

niam, nullum omnino Saxonum, mensuram gladii sui excedentem, dimisit viventem. Ita Sigebertus: quæ pluribus verbis narrat Aimoinus l. 4. c. 18

Saxones igitur justo errore hunc ducem suum faciunt, quem Crantzius & Buntingius, & alii Bertholdum vocant; B. Rhenarus Berchtholdum; Joannes Funccius Bertulphum nominat; eumque in Saxoniorum ducum genealogia conspicuum habent: & quod consequens est, quæ illi connexa sunt, ad se pertinere putant; & proinde Vestvaliam & Angrivariam, & cæteras provincias, quas ille habuit, in Saxonum ditione tum temporis fuisse credunt: ut tertia etiam erroris causa hinc manifesta sit, qua Saxones Vestvaliam putant fuisse suam; quod Frisios, quorum ditioni subjecta fuit, Franci scriptores Saxonum nomine appellarent. Poterant autem Franci isti non magno negotio rei gestæ veritatem cognoscere, si aliquam saltem diligentiam adhibere voluissent: Nam cum Radbodum Beroaldi nepotem Frisiorum re-

Y

gen

Franci-
corum
scripto-
rum ab-
surda
incepit.

gem Francis rebellantem agnosce-
rent, cum quo Carolus Martel-
lus diu vario Marte luctatus est;
cum hunc Ultrajectum recupe-
rasse, viros Ecclesiasticos à Fran-
cis ibi constitutos exturbasse, cæ-
terasque etiam provincias avitas,
quæ ultra mare Austrinum erant,
Francis rursus extorxisse non igno-
rarent; cum scirent eum etiam
cætera tentasse, quæ ad Austrum
& Occidentem avus habuerat,
non obscure colligere poterant,
etiam Beroaldum fuisse Frisiorum
regem. Quis autem fando audivit
Saxones unquam habuisse Traje-
ctum? Itaque quò notabilior eo-
rum error esset, scribunt Dago-
berto à Saxonibus vulnerato Clo-
tharium suppetias ferentem traje-
xisse Visurgin, & fugientem Ber-
tholdum trucidasse: Hec enim si
verum est, quo modo Saxones,
qui ad Orientem Visurgis erant,
vulnerare Dagobertum poterant,
cujus castra ad Occidentem ejus
fluminis fuisse proponuntur? Dein-
de quis in animo generoso Saxo-
nici principis, qui hostem modò
convicio proscindere veritus non
esset,

esset, formidinem tantam fuisse credat, ut hostem infesto animo in se irruentem tam turpiter fugeret, ac non potius fortiter exciperet, præsertim qui opportunitatem haberet, ut eum vel per se, vel per suos in aquis opprimeret, antequam in terram ascenderet? Deinde quod de tributo annuo dicunt, quis unquam Saxonibus boves imperatos legit, nisi apud scriptores istos? Saxonibus enim equi ubique, Frisii boves imperati leguntur. Quomodo autem ea tempestate terram Brunsvicensem quæ Vesvalis proximè opposita est, Saxoniam scriptores Francici dicunt, nisi manifesta temporis anticipatione? cum supra satis liquidò demonstratum sit, Saxones ad hanc usque ætatem in illa terra pedem nullam habuisse; utpote cum Vinuli eam tunc tenerent, qui quod Vandali essent, gentilibus suis Vesvalis ad Orientem oppositi, Osvali dicebantur: Tum demum enim hæc Saxonia dici coepit, cum Saxones, oppressis Vinulis, eam suam fecerunt. Quod tum demum factum est, cum si-

Pendii nomine eam à Francis acceperunt, quibus aduersus Bertholdum hunc militaverunt; tantum abest, ut Bertholdus Saxonium dux fuerit contra Francos.

Occasio
interfriceni.

Dagobertus à
Frisiis
contumeliosè
tonsus.

Ut igitur absurditas horum errorum propius conspici possit, historię veritas paucis referenda est. Dagobertus enim, accepta à patre regnandi potestate, quo militaris fortitudinis egregium aliquod specimen ederet, in Velva-riam irruptione facta, Susatum obsidione cinxit: præsto mox fuit subsidium, tum à Sigardo Angriarum principe, tum à Beroaldo Frisiorum rege: fit impetus in Dagobertum, qui, profligatis copiis suis, in fugam versus capitur, captus ad Frisici exercitus imperatorem Yglonem Galamanum adducitur; nam Beroaldus jam senex ipse non aderat, & alioqui juvenes cum juvenibus committendos judicabat, præsertim cum Francorum vires hæcenus non metueret. Galamanus autem, qui mandatum à rege suo habebat, ne juvenem regem (si forte posset) occideret, aut etiam captivum

de

derineret; sed aliquod ludibrio affectum dimitteret, Dagoberto per patrem suum multa obtestanti, partem comæ abrasit, eamque pileo cujusdam imposuit, qui eam in signum victoriæ triumphabundus toti exercitui ostentaret. Quo facto, comam ut erat Dagoberto restituit, addito mandato, ut patri manubias istas transmitteret, ipse autem Frisios ulterius non laceraret, nisi graviora pati vellet: patrem enim Dagoberti Clotharum Frisii in vivis esse non credebant, ipsumque Dagobertum tantum non faciebant, ut majori incommodo frenandum ducerent. Dimisso igitur ad hunc modum Dagoberto, Frisiorum & Angrivariorum copiarum, unde venerant reversæ sunt. Dagobertus interea patrem infortunii sui certiore facit. Ille verò tanta filii contumelia intellecta (nec enim Francorum regi major inferri poterat, quam comæ detonsio) efferatus vindictam cogitat, quam se regia maiestate salva omittere non posse arbitrabatur. Itaque contractis etiam undecunque copiis, in Frisiam

Clottharius contumelia filii offensus, vindictam cogitat.

nem autem libidine distendi ubique turpe, apud Frisios autem turpissimum erat, qui non modo severissimè eam puniebant, sed etiam homines libidinosos odioso vocabulo tauros vocant: Clotharius autem, ut & Dagobertus, libidinis vulgo etiam tum notabatur: ut hæc in Clotharium ejusque filium Dagobertum dignè torta viderentur. Beroaldus igitur simul cum dicto Clotharium aggressus est, & senex cum sene pro viribus acriter diuque dimicat, donec Clothario vulnerato, ex Francis quispiam Beroaldum sagitta in pectus adacta prosterneret; cui mortuo caput amputari, & hastæ infixum omnium oculis exponi Clotharius iussit. Quo conspecto Frisiorum animi collapsi, victoriam inita fuga Clothario cesserunt: ea Franci per triduum crudeliter usi sunt, ferro flammisque omnia vastantes, nullique masculo parcentes, qui gladii Clothariani mensuram excederet. Accidit hic conflictus in ea parte Frisiae, quæ Vestergoa dicitur, prope pagum *Cingum* / quem vere-

Beroaldi
finis.

Victoria
Francica.

res Angli illic condiderunt, qui primo prælio contra Britones commisso, quo Horsus occubuit, Britannia expulsi, Hengistum secuti, illic sedes fixerant; qui tum ob vicinitatem furentis exercitus hostilis primum impetum vindictæ Francicæ exceperant, ut supra declaravimus.

Sigardi
fortuna.

Sigardus his rebus auditis, nihil dubitans quin & sibi periculum immineret, ad bellum se parat, Frisiorum præfectum Iburgensem & Susatensem ad fidem & fortitudinem per literas exsuscitat; ex Frisia primum quos habere potuit, tum profugos, tum vicinos Vesvaliæ finibus, qua Frisiam attingit tuendis imponit; Vinulos Vesvalorum congentiles, & sibi confœderatos cum Thuringis Francorum tum subditis immitit, ut Clotharii impetum retunderet; ipse Angrivariam & interiorem Vesvaliam validiori exercitu custodit, ut quocunque belli pondus inclinaret, ipse mox ferrè suppetias posset.

Clotharius interea rebus ex animi sententia per Frisiam compos-

sis,

suis, alterum exercitum, quem
 recens per Dagobertum in Fran-
 cia conscripserat, Rheno trans-
 misso, eodem duce recta in Ves-
 valiam dirigit, ut Susatense &
 Iburgense præsidium occuparet:
 ac Susatense quidem Dagobertus
 vi expugnavit; Iburgense vero
 mox deditione cepit; cum altero
 exercitu, quem ipse duxit ex Fri-
 sia, per continentem recta in Ves-
 valiam contendit, ac Frisiis illic
 dissipatis, ipsum Sigardum petit.
 Sigardus animadvertens se undi-
 que circum cinctum esse, nec ul-
 lam spem superesse vel effugii, utris-
 que Francorum copiis conjunctis,
 se etiam & sua Clothario dedi-
 dit. Clotharius igitur Vesvalia &
 Angrivaria pro arbitrio suo dis-
 posita, Visurgin trajecit, & suis
 copiis cum Saxonibus conjunctis,
 Vinulos terra Brunsvicensi pellit,
 & in ea Saxones armata manu in-
 troducit; quæ ex hoc tempore
 Saxonia dici cepit, obliterato pau-
 latim nomine Osvaliæ, quod ad
 Carolum Magnum tamen usque
 duravit, ut ex Francorum anna-
 libus apparet.

Vesvalia
 subacta.

Saxones
 in terram
 Brunsvi-
 censem
 introdu-
 cti a
 Francis,
 Vinulis
 ejectis

Y 3

Pa

Patefactis igitur ad hunc modum
fontibus, ex quibus scaturivit er-
ror de Saxonum nomine in Ves-
valia usurpato, cæterisque consi-
deratis, quæ de Saxonum sedibus
antea disputavimus, sole clarius
apparet Saxones in Vesvalia neque
ab initio fuisse indigenas, neque
ad Carolum u'que fuisse advenas,
utpote qui hæcenus ibi sedes nul-
las habuerunt. Ex quo patet error
B. Rhenani, qui scripsit Saxones
Vesvaliam Francis relinquentibus
occupasse; Franci enim per Clo-
tharium demum Vesvalia potiti
sunt, eamque Sigardo feudali,
hoc est, eodem jure reliquerunt,
quo eam antea à Frisiis habuerat,
quam & annis 58. tenuit. Cujus
posterii, tametsi Francis postea
Frisiis instigantibus rebellarint,
id fecerunt, non quod Frisiis, ne-
dum Saxonibus subesse, sed quod
à Francis liberari vellent: Frisii
enim & Vesvalii & Angrivarii
in hoc confœderati erant, ut com-
muni opera commune Francorum
jugum excuterent, ideoque Saxo-
nes, quod Francis confœderati
essent, non minus oderant, quam
Francos ipsos. Re-

FRISIORUMLIB. II. 515

Recte igitur Sabellicus Saxo- Erroneam
 niam ad Occidentem Visurgi ter- divisio
 minavit; & proinde erroneam Saxoniam
 esse sequitur tripartitam illam Sa-
 xoniae divisionem apud Vitekin-
 dum, Aimoinum & Urspergen-
 sem, qua distribuitur in tres gen-
 tes principales, in Osvalos, &
 Vesvalos, & Angarios: Soli enim
 Osvali in hac distributione Saxo-
 nes sunt, qui ad Orientem Vi-
 surgis degunt: Vesvali verò & An-
 grivarii, qui ad Occidentem Vi-
 surgis habitant, Saxones non sunt;
 quia Saxones ultra Visurgin sedes
 non habuerunt, ut supra demon-
 stravimus. Hinc & illud sequitur:
 Quatuor istos Episcopatus, quos
 Carolus apud Vesvalos & Angri-
 varios constituit, ad Saxoniam non
 pertinere, & proinde Vesvalos
 neque prima occupatione, neque
 Jurisdictionis prorogatione, ne-
 que Episcopatus denique descrip-
 tione, Saxones haberi posse; ut
 interim de Monasteriensi Episco-
 patu taceamus, qui Frisia adscrip-
 tus est, ut ex fundatione Caroli
 & bulla Gregorii plenius in Frisia
 nostra descriptione declarabimus.

Quod si nunc præter hosce tres, etiam quartum ordinem recentiores genti Saxonica colligunt ex Circulis Germanicis, hi meminisse debent, non omnes gentes, vel origine, vel Jurisdictione, vel Docesi esse Saxones, quæ ad Circulum Saxonicum pertinent: Cum hujusmodi Circuli non alio fundamento nitantur, quàm libero consensu eorum, qui in communem societatem confœderati sunt: qualis etiam inter diversissimas nationes contrahi potest contra communem hostem, qui commune inferat periculum.

Itaque si Vesvali non volunt Saxones appellari, quia se nec parentes nec filios Saxonum esse agnoscunt, non ideo superbiæ influmandi, sed generositatis potius laudandi sunt: cum Vesvalici nominis conservatio ipsis conservare libertatis æternam laudem præstet; Saxonici nominis admissio gentilibus ipsorum Osvalis admissæ servitutis perpetuum opprobrium infligat.

Finis Libri Secundi.

D E

D E

ANTIQUITATE

FRISIORUM

LIBERTERTIUS.

CAP. I.

*Quod Saxones fuerint Macedonici
exercitus reliquie.*

QUod igitur Saxones fue-
rint Macedonici exerci-
tus reliquie, non frivo-
læ rationes arguere videntur. Pri-
mum enim author Chronici Ger-
manici, quod apud Petrum Sco-
ferum excusum est Moguntia an-
no 1482. testatur, Saxones, an-
tequam in Germania radices egis-
sent, vocatos fuisse Macedones:
testantur deinde annales Frisorum,
Saxones militasse Alexandro Mag-
no, & eo mortuo venisse in Ger-
maniam: Quin & in ipsa Saxo-
nia,

Saxones
Macedo-
nes dicti,

Y 7

« In pro-
cemio
Saxon.

nia ipso etiam attestante Crantzio, « communis fuit hæc omnium opinio usque ad ætatem ejus. Id etiam traditur manifeste in Speculo Saxonum: testatur & huic Albertus Stradensis, Vitekindus Saxo; testatur Vernerus Rolevinck, & is, quem ipse citat, Joannes de Effendia, & Henricus de Ervordia; & inter Gallicos scriptores Sigibertus Gemblacensis; ut & extranei & domestici testes conjunctim huc colliment simul: ut flocci faciendus sit Crantzius, qui rationes veras asserti sui ipse non adducit, & temere interim auctoritates tantas rejicit, à quibus certè discedere non debuit, nisi solidissimis argumentis & meridiana luce clarioribus instructus; cum ea non recens aut nuper nata, sed multis sæculis consensu publico recepta & inveterata, & à majoribus per manus ad posteros continua successione transmissa fuerit, sicut colligitur ex vetustissimis Saxonum monumentis, quæ publicata omnium manibus teruntur. Proinde admiranda est eorum incogitantia, quæ
Cran

Crantzium, non ponderatis ejus
 argumentis, tam temere Vite-
 kindo ac aliis scriptoribus ante-
 ponunt, præsertim cum stultum
 Crantzii propositum eos latere
 non possit, qui Saxones indigenas
 esse docere nititur, & ad hoc
 manifestis figmentis ipse utitur.
 Nec video quid absurdi in eo sit,
 si quis communem scribentium
 traditionem secutus, dicat Saxo-
 nes esse reliquias Macedonici
 exercitus, quem toto terrarum
 orbe, post Alexandri mortem,
 dispersum esse constat; cum &
 Antyrium referant reliquias ejus-
 dem exercitus per mare Baltheum
 navigio ex Scythia in eum terræ
 tractum deduxisse, ubi Megalo-
 polin græca lingua appellatam ci-
 vitatem condidit, quam Germa-
 ni Mechelburgum nominant, qui-
 bus & Lazius attestatur lib. 12.
 de migrat. gent. & Hieronymus
 Henninges.

CAP.

C A P. II.

Pertextur Reliqua de Frisone historia ex archivis Frisorum.

Origo
Frisorum
ab Indis.

NON obstantibus igitur nobis istis argumentis Crantzianis, quæ perspicuè confutavimus, & suffragantibus iis, quæ contra eum aliunde produximus, in sententiâ nostrâ persistimus, quâ rem gestam asseveramus, & fabulam esse negamus, quam de Frisone, Saxone, & Brunone supra posuimus: Ideoque separatim de Frisone jam porro dicemus, ut lector in conjuncta causa videat, etiam de cæteris quid veritati consonet. Proponemus autem ejus historiam summam, quam M. Alvinus Snecanus, ex Rithmis Friscis copiosius prosequutus est: quam & hujus opus, à diversis diversimodè descriptum, non ubique integrum est, cum alii alia, ut sit, vel addiderint, vel detraxerint; ita ut cum judicio diligendum & tenendum id sit, in quo plurima exempla consonant.

Eo-

Eorum summa hæc est: In India Fresia.

Provinciam esse dicit nomine Fresiam, cujus gubernationem Patriarcha Sem filius Noë commiserit Reu, sive Ragau, qui ab ipso in descendenti linea sextus fuit: hunc autem, cum præter Saruch proavum Abrahæ, quatuor alios adhuc filios haberet, his ipsis ejusdem provinciæ habenas per manus tradidisse, quas & ipsi vicissim continua successione transmiserint ad filios ac nepotes suos, donec tandem per tyrannidem cujusdam oppressa Repub. legitimi hæredes regni successione privarentur. Eo igitur continua grassatione provinciam affligente, cum populus ad inopiam redactus, oneri esse cepisset, ostracismi quadam specie delecta juvenus veluti decessit suæ patriam sublevatura, novas sedes querere jussa est: cui honoris gratia præfecti sunt, à quibus ob aviri regni hereditarium jus plurimum periculi fore videbatur, Friso, Saxo, & Bruno, qui proinde se cum his copiis ad Alexandrum Magnum contulerunt, ut sub eo stipendia mererent; à quo & per-

Ostracismus
Indorum.
Colonia
Indorum.
Friso,
Saxo &
Bruno,
coloniæ
ducendæ
præfecti
ad Alexandrum
Magnum
abeunt
militatum.

Sem
Melchise-
dech.

Benedi-
cta Fresia,
Ragau
rex coro-
nam &
vexillum
accipit.

Vexil-
lum hoc
Frisii ha-
tenus
vocant
Magnus
sane.

& perquam humaniter excepti,
& ad montes Emodios postea in
praesidiis contra Indos collocati
sunt. Adduntur etiam huic histo-
riae circumstantiae suae. Vocat Sem
Melchisedech & regem Salem,
& sacerdotem à Deo electum,
& qui Abrahæ benedixerit, po-
steritati Ragau etiam & provin-
ciae ejus benedixerit, unde & pro-
vincia Benedicta Fresia dicta sit;
Ragavo etiam in perpetua hiber-
tatis ac regiae dignitatis authora-
mentum coronam dederit chali-
biam, & vexillum rubrum, mi-
rae virtutis utrumque; quod &
Friso à majoribus suis per manus
acceptum, cum discederet illic
extulerit, & in Frisia sua nova
posteris suis tradiderit; coronam
hanc Frisiis extorsisse tandem re-
gem Daniæ; vexillum verò, quò
celari posset, terra multis seculis
obrutum latuisse, tandemque re-
fossam datum esse Magno Forte-
mano, qui hujus protectione Fri-
sios, ut capitaneus, sub Carolo
Magno Romam deduxit, eamque
captam Carolo Magno tradide-
rit. De corona quidem ac vexillo
sive

sive vera, sive falsa sint, (nihil
 enim hic discuto, cum de his in-
 ira Magni commodius dictum
 sit) posteriori sæculo attexta vi-
 dentur; quamquam ea quæ Tacitus
 de templo Tamfane satis ob-
 scurè tradidit, aliquam cum hisce
 cognationem habere videantur.
 In reliquis autem confirmandis, Historia
testes.
 glossator citat Moysen quantum Genez-
logia Se-
mi.
 ad genealogiam Ragavi spectat,
 quantum verò ad reliqua pertinet
 Patroclum allegat. Ex Moyse qui-
 dem satis constat de integritate
 genealogiæ usque ad Ragavum,
 qui Semo filium Arphaxadum,
 huic Salemum, huic Heberum,
 huic Phalegum, huic Ragavum,
 hunc nostrum attribuit, Genes.
 cap. 11. Patroclum autem mihi Patro-
cles quis
fuerit.
 videre hætenus non contigit; eum
 Strabo inter Indicarum rerum
 scriptores aliquoties allegat, ac
 magni facit, & in Indiarum de-
 scriptione potissimum sequitur
 lib. 15. quemadmodum & Plin.
 lib. 6. cap. 17. ubi hunc Patro-
 clem ait fuisse classis præfectum,
 sub Seleuco & Antiocho, mox
 post Alexandri mortem, in cir-
 cum-

Sadrocottus Indorum rex.

eum navigatione Hircani maris & Caspii. Oportunum quidem huius auctoris testimonium rebus nostris futurum erat, si extaret, qui rem tam memorabilem de migratione horum ducum ignorare non potuit, cum nuper admodum gesta recenti adhuc memoria sub adventum ipsius in India flagra-
ret; praesertim cum Zeleucus ad-
versus Sadrocottum Indiae regem diu bellum gesserit, qui ab Alexandro Magno victus, post ejus mortem excutere jugum, & recuperare libertatem cupiens, praesidarios duces ab Alexandro relictos occiderat, ut testatur P. Oro-
sius lib. 3. cap. 23.

C A P. III.

Quibus Argumentis Historia superioris veritas comprobatur.

JAm igitur, quod nulli vitio vertendum est, in patriis historiarum consensu populari & doctissimis testimoniis utemur, quibus & scriptorum exterrorum testimonia & conjecturas non absur-

das aliunde addamus. Primum enim hoc omnium pene gentium commune oblivionis amuletum antiquissimum esse constat, ut majorum suorum res præclare gestas canilenis patriis celebrarent. Id de Ægyptiis testatur præter alios Plutarchus; de Græcis Homerus, qui in conviviiis eas ab Heroibus cani solitas esse scribit; ipsum quin etiam Homeri opus quantum est, nihil aliud esse quam centones quosdam frustillatim ex hujusmodi cantionculis (quas ille ostiatim mendicans ad lyram ipse cantitabat) ab eruditis collectos & confutos, memoriæ proditum est, ut & hos ipsos, & horum similes, etiam florente & literis jam exculta Græcia, more majorum præstantissimos quosque in symposiis vicissim cantitasse: unde & Themistoclem, cum recuasset lyram, habitum esse indoctiorem. Apud Romanos veteres eandem viguisse consuetudinem, testatur Cicero, qui; „Utinam (inquit) extarent illa carmina, quæ multis sæculis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis convivis, de
„ cla-

Com-
mune
omnium
gentium
oblivio-
nis amu-
letum
Rytmi
patrii,

clarorum virorum laudibus, in
 originibus scriptum reliquit Caro.
 De Germanis idem refert Corne-
 lius Tacitus; de Gothis Jornan-
 des; de Danis Saxo Grammati-
 cus, qui totum ferè opus suum
 ex hujusmodi cantionibus com-
 posuit. Apud Frisios hunc eundem
 fuisse morem, cum hæc ipsa quæ
 allegamus Rythmica à majoribus
 nobis per manus tradita, tum
 etiam præsentia veteris consue-
 tudinis vestigia declarant: & in
 vita Sancti Ludgeri legimus,
 Bernlesum quendam eo nomine
 in Holvardia Frisix pago habi-
 tantem à populo viro sancto fuisse
 commendatum: quod regum
 res gestas scitè caneret, quem S.
 Ludgerus male habitum pristinae
 sanitati restituerit: & quod apo-
 stata Julianus in Misopogone suo
 barbaris trans Rhenum habitan-
 tibus exprobrat, agrestia eorum
 carmina similia clangoribus avium
 asperè clamantium, id aliqui non
 tam de Germanis in genere, quam
 specialiter de Frisiis intelligendum
 putant; quorum linguam inter
 Germanicas asperissimam esse con-
 stat.

stat. Quanti hoc monumentorum
 genus faciendum sit, declarat
 Corn. Tacitus, qui his tantum fi-
 dei adhibuit, ut ad declarandam
 Germanorum originem nulla alia
 scriptorum testimonia requirerit.
 Car. Magnus certè in huiusmodi
 priscis cantilenis colligendis, de-
 scribendis, & memoriæ mandan-
 dis multum opera impendit: quas
 & Maximilianum Imperatorem
 ejus nominis primum maximi fe-
 cisse testatur B. Rhenanus. Porro
 autem Rythmis huic patriis ac-
 cedit, qui semper fuit, hacten-
 usque durat, apud nos unanimis
 omnium consensus, quo vulgo
 creditur fratres hosce tres ex In-
 dia profectos in huic terris gen-
 tes nominibus suis consonas fun-
 dasse: neque temere is convul-
 endus est, cum inveteratam hanc
 opinionem posteros à majoribus
 suis per manus accepisse consen-
 taneum sit, quibus nihil gratius
 esse solet majorum suorum recor-
 datione. Huic populari consensui
 suffragantur omnes historiographi
 nostrates, & nominatim, quos
 ego quidem viderim, : Andreas
 Cor-

Consen-
 sus unani-
 mis vulgi.

Consen-
 sus histo-
 riogra-

phorum
indigena-
rum.

Ex ter-
norum
scripto-
rum suf-
fragia.

Cornelius, qui Solconem Forte-
mannum, Occonem Scherlensem,
& Joan. Vlieterpium nobis re-
fert; tum Vorperus Thaborita,
Suffridus Sterckenburgius, Cor-
nelius Kempius, Sibrandus Leo,
Folkerus Simonis, & nonnulli
alii, qui tractatus quosdam par-
ticulares conscripserunt, qui om-
nes velut in uno ludo edocti,
concordi subscriptione vulgatam
opinionem constabiliunt sine ul-
lius contradictione. His accedant
in communi causa & Saxonum,
ut & Gallorum suffragia, de qui-
bus supradictum est.

C A P. IV.

*Quæ fuerint Antiquitatum conser-
vandarum firmamenta Frisus præ
cæteris Germanis olim peculiaris.*

Frisii
quomo-
do suas
antiquita-
tes ab in-
teritu
præserva-
verint.

ET nequis ideo hæc minus ve-
ra esse putet, quod Frisia bel-
lis tam crebris afflicta, inundatio-
nibus tam frequentibus oppressa,
minus idonea fuisse videatur, ad
antiquitates huiusmodi ab inte-
ritu præservandas, cum in vici-
nis

nis gentibus, etiam si mediterraneis, nihil hujusmodi appareat; sciendum est hac in parte Frisios reliquis Germanis longè præcelluisse. Ipse enim Friso, gentis nostræ conditor, sicuti princeps eruditus & Græcanicis disciplinis egregiè excultus fuit, ita etiam harum studium posteris suis decreto publico commendavit: Instituit enim more Græcorum certis in locis Gymnasia, in quibus juvenus statutis diebus tum literariis, tum etiā militariibus exercitiis excoleretur, sic ut & mens & manus adolescentum à teneris annis exercitata, tam in bello quàm in pace fructum Reipubl. dignum adferre posset, id quod in Germania tota nusquam alibi ante Carolum Magnum factum esse comperio. Ac primum quidem Gymnasium Stauriæ prope templum Stavonis constituit; in ipso templo Bibliothecam antiquitatibus avitis & actis regni custodiendis dedicavit: posterius ejus hanc Bibliothecam sollicitè semper novis auctariis locuplerarunt; & successu temporis in Döcken-

Friso
princeps
eruditus,
studiis li-
terarum
& armo-
rum gym-
nasia de-
stinat.

Primum
gymna-
sium in
Frissia
Stauriæ à
Frifone
constitu-
tum.
Bibliot-
heca in
Frissia.

Z

burgo,

burgo, Wardena, & aliis nonnullis per Frisiam locis Gymnasia erexerunt, ut filios suos diligenter in his exerceri procurarent. Qua consuetudine ob assiduitatem quodammodo in naturam versa factum est, ut etiam in hunc usque diem, quamvis decreto isto jam longa desuetudine oblitterato, maneant nihilominus huic genti singulare quoddam erga literas studium, ita ut nullus in Frisia pagus fere tam frigidus sit, qui non peculiarem quandam habeat ludimagistrum suum; nemo privatus fere sit tam tenuis, qui liberos suos literarum prorsus rudes esse patiatur; imò si aliunde non suppetat, ostiatim corrogare non multo malit, quod erudiendis his impendat, quam videri liberis defuisse negligentia sua: nam qui aliqua saltem fortuna sunt, etiam ad mediocritatem eruditionis perducunt suos, etiam si fortè stivæ destinarent. Olim certè sub principibus, ducibus ac regibus Frisiorum, dum in vigore suo statutum esset, æmulatione quadam juvenus in his Gymnasiis flagrabat:

Propen-
sum in
Frisiis li-
terarum
studium,

Discipli-
na Gym-
nasio-
rum.

bat: præmia enim his proponebantur; literaria quidem, tabulæ ac pugillares, ac cera linumque: militaria verò, galeæ, lanceæ, gladii, arcus, reliquaque armaturæ genera consueta; quibus generosi juvenum animi ad studium rei literariæ ac militaris accendi solent. Principum deinde ac Magnatam filii in hisce liberaliter ex-culti, foras mittebantur ad principes exteros, Græcos, Romanos, Venetos, Britannos, Danos, Francos, Austrasios (quod suis locis melius declarabimus) ut militiæ tyrocinium sub his facerent. Quibus inde cum laude reversis id præmii erat, ut ipsi ad politicas & militares dignitates præ cæteris haberentur commendati, & elogiorum, quæ apud exteros virtute sua meruerant, unâ cum historia rerum ab ipsis gestarum in publica Bibliotheca reponerentur; quod ad memoriam splendoremque antiquarum familiarum conservandum in primis conducebat. Huic decreto institutum aliud additum erat, de conservanda lingua patria: Ani-

Præmia
exercitio-
rum.

Institu-
tum Fri-
siorum de
conser-
vanda
memoria
antiquita-
tis.

Institu-
tum Fri-
siorum de
conser-
vandalingua.

Z 2

mad-

Rhetra
Frisio-
rum,

vertebant enim prudentissimi principes actis publicis oblivionem non aliunde præsentiozem imminere, quàm ex ignorantia lingua patriæ: hanc porro ignorantiam excludi commodissimè posse, si in sua integritate lingua Frisica purè conservaretur; cum omnibus linguis perniciem adferat mixtura vocum exoticarum. Rhetran igitur patriam, hoc est, syntagma quoddam ex vocibus Frisicis asperima literarum junctura compositis fabricatum ediderunt, quo non modò suorum linguam acuebant, sed & advenas ab indigenis discernebant: Nam qui hanc Rhetram pronunciare nequibat, ut extraneus habebatur, nec ultra certum tempus in Frisia versari poterat, ne Frisicam linguam sua inficeret ac depravaret. Umbram hujus Rhetræ, ut & usum, proprius explicat in annalibus suis Kempo à Martena, & Cornelius Kempius noster libro primo cap. decimo octavo. Effectus is fuit, quem majores nostri voluerunt, hoc est, ut in vigore suo lingua duraverit, & proinde nobis

bis actorum veterum intelligentiam præbuerit, & non modò hominum privatorum, sed etiam familiarum nomina primitiva conseruari, quorum iudicio ad altissimarum antiquitatum sacraria penetramus. His omnibus memorabile adjuuentum conseruandæ vetustati addidit insignis vir, qui primus in Frisia regum diadema usurpavit, Richoldus Uffo, qui anno Christi 419. regni sui 10. in Regia Stauriensi extruxit insigno palatium, in quo omnes Principes ac Duces, qui à primo inde gentis nostræ conditore Frisone ad ætatem usque suam Frisiam præfuerant, continuo ordine depingi curavit, expressis ubique temporibus, quibus quisque eorum vel cepisset, vel desisset. His reges octo, qui illum ad Carolum Magnum usque subsecuti sunt, singuli prædecessores suos pari cura addiderunt; sic ut à Frisone, qui anno ante natum Christum 313. in has terras venit, ad Carolum usque Magnum Frisii originum suarum ratio, non modò ex archivis in publica Bibliotheca asse-

ris, sed etiam ex pictura omnium oculis exposita, per continuos annos mille centum & tredecim calculo indubitato constet: qui si porro ad ætatem hanc nostram usque producat, annos mille non-gentos & unum continebit, omnesque omnium nationum calculos in Germania, ni fallor, longè superabit. Ex istis igitur tum scripturæ, tum picturæ monumentis, historiographi nostri summatati sunt: qui perinde sicut Rythmis istis & cantilenis patriis consonant, ita Frisonem cum fratribus suis istis supradictis ex Frieslandia Indica ad Alexandrum; ab Alexandro ad montes Emodios; ab istis in patriam rursus; & inde tandem in Frisiam Germanicam venisse commemorant.

C A P. V.

Frisonis fratres fuisse Brunonem & Saxonem pluribus argumentis adstruitur.

QUOD igitur Bruno & Saxo Frisonis fratres fuerint, equidem

dem salva aliis sententia sua histo-
rica fide credo. Primum, quia
maiores nostri id suis annalibus
memoriae prodiderunt; quorum
ut certa scientia fuit, ita nihil
intererat gentibus alienis & ex-
teris falsos effingere conditores.
Deinde quod comperiam synce-
ros atque incorruptos rerum Sa-
xoniarum scriptores, quos supra
allegavimus, cum nostris consen-
tire in tempore & loco adventus
eorum. Tertio, quod ab initio
gentes haec unius lingua fuisse
comperiam: Nam quod Cran-
tzius dicere videtur a antiquissi-
mam Saxonum linguam esse Bran-
deburgensem, sine ratione dicit,
ut pleraque alia sua. Nos id, quod
hic asserimus, solidissimis argu-
mentis demonstramus, ubi de Fri-
siorum lingua ex professo agimus.
Quarto, quod, ut ex eadem pa-
tria profecti, eadem Reip. forma
in principio usi sint. Haec qualis
fuerit ante Carolum Magnum
Albertus Crantzzius nobis descri-
bit hisce verbis: Ferunt (in-
quit) ante regis adventum apud
Saxones provinciam administrari

a Cap. 1.
lib. 1.
Saxon.

b In ope-
re de lin-
gua Fri-
siorum.
Frisii &
Saxones
eadem
Reipub.
forma an-
tiquitus
usi.

c Saxon.
lib. 2.
cap. 22.

solitam per duodecim proceres alternis vicibus: quem verò grande bellum in administrationeprehenderat, eum regem habuere ad finem usque belli. Finito autem bello redibat in jus pristinum: reddita administratione comparibus suis. Hæc Crantzius. Quibus astipulatur Beda, « Petrus Albinus, & Varnerus Rolevinck, qui paulo ulterius descendens: » Regem (inquit) antiqui Saxones non habebant, sed per pagos satrapas constitutos, multisque erat, ut semel in anno consilium generale agerent in media Saxonia, juxta flumen Vesperam, ad locum qui dicitur Marcklo: solebant ibi omnes satrapæ in unum convenire, ex pagisque singulis duodecim electi nobiles, totidem quoque liberi, & totidem laici renovabant ibi leges, præcipuas causas adjudicabant, & quod per annum essent acturi, sive in bello, sive in pace, communi decreto statuebant. Hæc ille. In quibus & tempus, & locum, & causam, rebus præsentibus rectè ac-

a Lib. 5.
cap. 11.
de hist.
Eccles.
b Partit.
1. cap. 1.
de laud.
anti. Sa-
xon.

accommodavit, extra querelam
futurus, si non ex singulis, sed
ex omnibus pagis magistratum
hunc ordinarium congregasset, &
laicorum nomen omisset; cum
ante Carolum Magnum omnes
tum nobiles, tum liberi utique
ibi laici essent. Hæc fere forma
Reipub. Frisis à conditore suo
magna cura ac diligentia præscri-
pta & commendata fuit; sed ea uti
per Danos & alios quosdam exte-
ros diu non potuerunt: a quibus ne
opprimerentur, coacti sunt Monar-
chiam subire, ut sub unius defensio-
ne perpetua subditi in tuto essent.

*Frisioni
fuit antea
qua res-
pub.*

A Carolo Magno tandem im-
petrarunt, ut ad primitivam il-
lam Reipub. formam redire pos-
sent; qua usi sunt deinceps usque
ad Anarchiam, qua factiosi mu-
tuus latrociniis fere centum annis
ante Caroli Quinti ætatem inter
se grassati sunt, oppressa Republ.
& legibus: quod intelligi pecu-
lia iter de illis tantum Frisis hic
voluimus, qui sedes habent inter
Amrân & mare Hollandicum;
nam ceteri utrinque ante Carolum
Quintum ab hac forma dimoti

Z s

sunt.

Saxo-
rum Ari-
stocratia
in Monar-
chiam
versa.

sunt. Saxonibus diversum accidit, qui cum ad Carolum Magnum usque primævam Reipublicæ formam conservassent, illo auctore amiserunt; erexit enim per Saxoniam diversis in locis principes, qui singuli in suis ditionibus veluti Monarchæ quidem constituti, æqualitate primitiva contempta, certatim id egerunt, ut æquales suos quàm maximè præcellerent. Hinc igitur evenit, ut post Carolum Magnum apud Saxones demum Barones, Comites, Duces audiri sint, qui ante hunc principem nulli fuerant; cum apud eos Hominia vigeret, quæ omnes nobiles æquali dignitate pollebant, etiam si alii aliis ditiores essent. Diversum apud Frisios evenit, ubi cum ad Carolum Magnum usque Principes, Duces ac Reges fuissent, post eum constituta Hominia, omnes nobiles ejusdem dignitatis hactenus fuerunt; neque gradus ullus ultra equestrem admittitur, ut ambitio evitetur, quæ dum privatæ potentæ studet, Rempubl. opprimit; & in hoc glorianur Frisii, sibi per Carolum Magnum relictam & ratificatam esse pristinam.

Frisio-
rum Mo-
narchia
in Aristo-
cratiam
versa.

nam illam & verè Frisicam liber-
tatem à Frifone primo conditore
traditam & commissam, quam,
ut supra attigimus, ita commodiori
loco plenius explicabimus. Quin-
to loco sunt insignia vetera Fri-
siorum & Saxonum, quæ ut ma-
iores eorum advenæ pacto ab in-
digenis consecuti sunt, ita & ad-
ventum eorum & officium con-
junctum fuisse concordia sua ela-
rissimè declarant. Quam rem uti-
que ut præ cæteris scitu dignam
& memorabilem, cùm Crantzlius
illustrandæ suæ patriæ gratia om-
ni diligentia celebrare deberet,
data opera obscuravit & suppres-
sit, non alia de causa, ut videtur,
quàm quod hujus occasione & ad-
venas esse Saxones, & sedes an-
tiquas Jutiæ vicinas habuisse, &
Frisiorum consanguineos esse ag-
noscere deberet. Frisoni data sunt
insignia, quæ ipsi posterisque
ejus Oceani Germanici tutelam
in omne ævum commissam esse
declararent, ut ab inundationi-
bus maris ac piratis horum obje-
ctu gentes interiores tutæ essent.

Frifio-
rum pri-
mitiva li-
bertas per
Carolus
restituta.
Insignia
Frifio-
rum ac
Saxonum
arguunt
gentium
cognatio-
nem.

Frisonis
insignia.

gentæ trabes in obliquum desuper à dextera ad sinistram deductæ erant, inter hæce trabes palustris herbæ nymphææ rubra folia septem collocata sunt, ut inter dexteram trabem & media quatuor, inter mediam & sinistram tria folia conspiciantur. Hæc sunt antiquissima Frisiorum insignia, quibus Principes, Duces ac Reges Frisiorum semper uti sunt, sicuti Cappidus Stauriensis attestatur; in quibus septenarius foliorum numerus septem Zelandias sive insulas significat, ex quibus Frisia constat: reliquæ partes quid novent, in vita Frisonis diligenter explicabimus. Post obitum tamen Frisonis scuto trabs una, folia quatuor adjecta sunt, trabium sive in contrarium actio; qua figura nos ea tum in vitreis templorum fenestris, tum etiam in antiquis Heraldorum libris, qui passim venales extant, depicta vidimus: folia Nymphææ cum humanis cordibus admodum similia videantur, à plerisque mysterium ignorantibus etiam corda esse putantur. Regum deinceps successione subla-

sublata, mutata sunt & gentis in-
 signia: scuto enim eodem refer-
 vato, fulvi leones duo à lava ad
 dexteram currentes, subjectis
 septem tesserulis, quæ supradictas
 Zelandias notent, recepti sunt;
 quanquam Heraldorum libri pro
 Leonibus Leopardos habeant,
 exertis linguis anhelantes. Saxoni ^{Saxonis}
 data sunt insignia, quæ Frisoni ^{insignia.}
 mutuam à tergo opem sponde-
 rent, qui contra ingruentem à
 mediterraneis vim tutus foret; sic
 ut harum duarum nationum sub-
 fidijis mutuis reliqua Germania
 majorem solito tranquillitatem
 habere posset, cum & ad arcen-
 dos retundendosque maris impe-
 tus plenius instructæ, & bello
 magis exercitatæ essent, quam in-
 digenæ. Scutum igitur æquè cæ-
 ruleum Saxoni datum est, quod
 linea transversa à dextera ad fini-
 stram ducta medium dividit; in
 inferiori parte ad dextram leo, ad
 sinistram draco consertis fermè ri-
 stibus placidè sibi mutuo adfistunt:
 in superiori parte aquila expansis
 alis volans utrunque intuetur. Hæc
 sunt antiquissima Saxonum insig-
 Z 7 nia,

nia, quæ & in Heraldorum libris, & in Chronicis Saxonum antiquis, & in Chronico Henrici Bunting, & alibi sic depicta eernuntur; quibus & antiqui rerum Saxonicarum scriptores attestantur: Nam Videkindus Corbeiensis Monachus, qui vixit sub Ottone primo, circa annum Christi 900. & Albertus Abbas Stadenfis, qui vixit circa annum Christi 1256. unanimiter & velut uno ore idem prædicant, quod nos referimus. Quid singula in his insignibus significant, illi quidem curiosius non disquirunt, summam tamen & persunctorie communem eorum finem indicant. Videkindus de Hatthagato Saxonum duce suos adversus Thuringos exsuscitante; „hic (inquit) „accipiens signum, quod apud „eos habebatur sacrum, leonis „atque draconis & desuper aquilæ volantis insinuitum effigie, „quo ostentaret fortitudinis atque „prudentiæ, & earum rerum efficiaciam, & motu corporis animi „constantiam declarans, ait, &c. Quæ Albertus Stadenfis eodem fere

Lib. 1.

fere verbis repetit ad annum Christi 917. Crantzius, qui utrunque hunc authorem vidit, supplere debuerat, quod in his ad præsentis mysterii intellectum desiderabatur, ut in explicanda tantæ antiquitatis ratione diligentiam suam probaret patriæ, & exemplo suo posteros ad industriam consimilem excitaret: Atqui Crantzio longè alia mens est, qui non modò Saxonum, sed & Brunsvicensium quoque insignia dissimulare, celare; suppressere; & conculcare mavult, quàm agnoscere his aliquid esse cum Frisiis commune. Itaque ille de Videkindo Saxonum duce loquens: „Armorū
 „insignia, (inquit) quæ milita- ^{a Saxonia}
 „ribus (ut fit) signis præfere- ^{lib. 2.}
 „bat, pullum equinum habebant ^{cap. 24.}
 „atrum: sed placuit regi, post-
 „quam de tenebris gentilium er-
 „rorum pervenit in lucem verita-
 „tis, ut candidum acciperet. Ea
 „verò sunt vetustissima Saxonie
 „arma, sæpius deinde demutata,
 „vel leonibus ex Anglia allatis,
 „per Henricum ducem cognos-
 „citur Leonem: vel stratoris
 „in

„ in clypeo lignis, quæ rutæ ser-
 „ tum ex obliquo condecorant, per
 „ Bernhardum prius comitem de
 „ Anehold, inde verò surrogatum
 „ Henrico Leoni in ducatum Sa-
 „ xoniæ, cùm ille per Frideri-
 „ cum primum solenni Imperii
 „ conventu per sententiam depo-
 „ neretur. Hæc ille. Ubi lector
 „ Crantzii astutiam consideret, qua
 „ supradictos authores prorsus dissi-
 „ mulat, quasi non viderit, ut syn-
 „ cerè in proposito suo agere videat-
 „ tur: Deinde calliditatem ejus
 „ animadvertat, qua velut in anti-
 „ quitate patriæ non antea tradita,
 „ asserit antiquissima Saxonum in-
 „ signia fuisse pullum equinum:
 „ Postremò quam versutè recentio-
 „ ra his doceat ea esse, in quibus
 „ leo conspicitur; cùm is ab Hen-
 „ rico demum Saxonum duce (uti
 „ dicit) qui Leonis cognomen ha-
 „ buit; assumptus sit: hac enim
 „ techna superiores istos scriptores
 „ tacitè confutat, & fidem, quam
 „ illis adimit, sibi arrogat, ut im-
 „ providus & occupatus lector, si
 „ non Crantzio prorsus assentiat,
 „ dubitare tamen cogatur, an istis
 „ fiden-

fidendum sit; cum Crantzius ubi-
 que se itrenuum profiteatur fabu-
 larum everforem. Ut igitur discas-
 sis nebulis, quas Crantzius offu-
 dit, syncera majorum veritas in
 lucem pristinam revocetur, Sile-
 nus hic aperiendus est. Itaque quod
 leo in Saxonum insignia non pri-
 mum assumptus fuerit per ducem
 istum Henricum, ut Crantzius nu-
 gatur, sed ab initio in his fuerit,
 ut majores isti tradunt, ex S. Me-
 thodio constare potest, qui scri-
 bit Saxones suo tempore leonem
 in suis numismatibus circumtu-
 lisse: Vixit autem Methodius sub
 Decio & Valeriano Impp. circa
 annum Christi 255. multisurque
 sæculis antequam Videkindus, ne-
 dam Albertus Stadenfis nascere-
 retur, ne quis eos fabulas potius,
 quam rem gestam nobis tradidisse
 suspicetur, dum scribit, in vetu-
 stissimis Saxonum insignibus fuisse
 leonem: eadem enim vel inte-
 grè, vel particulatim in numis-
 matibus suis, quæ in insignibus ex-
 primere etiam hodie principes so-
 lent. Iam igitur cum Videkindus
 non rex Saxonum, etiamsi hoc
 no-

* Lib. 2.
cap. 22.
Saxon.

nomine à plerisque celeberrim;
sed unus inter duodecim electos
Saxoniae satrapas fuerit, ut ipse
Crantzius declarat *, quo teste
Crantzius probat, Videkindum
militaribus signis communia Sa-
xoniae insignia prætulisse; aut si
prætulit, qua ratione, quo autho-
re negat hæc illa fuisse, quæ de-
scribunt isti veteres, Videkindus
inquam Monachus, & Albertus
Stadensis. Secet nobis hunc no-
dum Crantzius; nihil quidem
posset ille facilius, nisi hoc factò
contra ipsum erumperet veritas:
Nam vetera illa insignia, quæ Vi-
dekindus & Albertus Stadensis
exhibent, cùm toti Saxoniae com-
munia essent, satrapæ isti duode-
cim, ut & reliqui nobiles per Sa-
xoniā, ex quibus hi eligeban-
tur, singuli privatim peculiaria
sua quædam insignia habebant,
quibus familiæ propriæ decora-
quisque assereret; hoc enim veluti
communi quodam gentium con-
sensu apud omnes ubique populos
omni ætate sic usurparum depre-
hendimus.

Quocirca cùm Videkindus, ex
duo-

duodecim Saxoniae satrapis unus
 in administratione tum fuerit, ut
 Crantzius asserit, cum Carolus
 Magnus Saxonibus bellum indi-
 ceret, & id proinde patriae no-
 mine adversus illum gesserit, quis
 dubitat, quin, qui vice-rex Saxo-
 num fuerit, communia Saxonum
 insignia illa, quae veteres isti tra-
 dunt, militaribus signis toto belli
 tempore praetulerit? Nam quo-
 alio authoramento exercitum in
 officio contineret, quam prae-
 rendis communis patriae insigni-
 bus, cujus defensio ipsi legitime
 commissa erat? Hoc qui verum
 esse fateretur, negare non poterit,
 eundem Videkindum à Carolo
 victum, finito bello communia
 illa Saxonum insignia deposuisse:
 nam hoc etiam facturus erat, si
 maximè victoriam consecutus esset;
 tum enim finito bello rediturus
 fuerat in jus pristinum, reddita
 administratione comparibus suis,
 ut paulo ante dixit Crantzius. ^{a Cap.}
 Occupata igitur à Carolo Saxo- ^{26.}
 nia, quo modo vetera illa insignia,
 quae Saxoniae haecenus communia
 fuerant, sibi reservaret Videkin-
 dus?

dus? à devicta patria signa habere
 non potuit, quæ libertate amissa,
 etiam libertatis ipsa insignia ami-
 ferat; à victore Carolo non ha-
 buit, qui ut Saxoniam integram,
 ita & consequentia ei insignia tibi
 reservavit. Sublata igitur per Ca-
 rolum vereri illa Saxonum Repub.
 etiam libertas, & una cum liber-
 tate insignia sublata sunt, quæ
 postea amplius usitata non sunt.
 Nam satrapæ, qui ea ætate per
 Saxoniam multi erant, peculiaria
 familiarum suarum insignia tum
 porro sicut antea usurpant: Hac
 enim Carolus nulli eripuisse legi-
 tur, cum tamen Saxonia in pre-
 vinciam redacta, & hos ipsos in
 suis sedibus constabiliret, & non-
 nullis comitatus etiam dignitatem
 conferret; nulli tamen uni inte-
 grum Saxonie principatum con-
 tulit, ut hac occasione etiam ve-
 tera Saxonum insignia ad quem-
 canque ex consequenti derivata
 dici possint.

Atque hæc quidem contra sen-
 tentiam Crantzii hoc modo ex
 præmissis consequuntur, etiam si
 Crantzio concedamus Virekin-
 dum

dum & Saxonem, & ex duodecim satrapis Saxonum unum fuisse. Jam vero cum Vitekindus Vesvalus fuerit, aut saltem Vesvalis confœderatus, utpote Angrivarius, & proinde Saxonibus hostis, ut supra declaravimus; apud quos tum Carolum fugiens patria ex torris agebat, quo modo ille in electorum 12 satraparum numero esse potuit, aut insignia sua Saxonibus præferre, quæ sibi fugam exprobrarent, Saxonibus justam desperationem moverent? Itaque cum certum sit, Vitekindum Carolo plurimum exhibuisse negotii, neque Carolo plus invidiæ movere, neque Saxonibus plus fiduciæ conferre potuit, quam præferendis armis Saxonum; cum & Carolum poenitere facti merito posset, quod Vitekindum sedibus suis expulisset, qui illi non modò Vesvaliam, sed & Saxoniam quoque redderet infestam; & Saxones animadverterent, se sub ejus defensione militare, quem & patriis insignibus ornatum esse, & Carolo nequaquam simulatum hostem fore viderent & crederent.

Cum

Vitekindus non Saxo fuit, sed Vesvalus, sive Angrivarius.

Vitekin-
di fami-
liaria in-
signia
equus.

Ludger-
us post
baptis-
mum Vi-
tekindus,
equum
album ac-
cipit pro
atro.

Cùm igitur Carolus Magnus Vitekindo in gratiam recepto, non nisi Angriam suam cum adjunctis avitis possessionibus permiserit, ut & Crantzius, & reliqui Saxonum scriptores fatentur, illucescit veritas, quam Crantzius obscurare voluit, quæ declarat Vitekindo non magis vetera Saxonum insignia, quam ipsum Saxoniam principatam à Carolo esse datum: Vitekindo enim quæ Crantzius adfert, insignia gentilitia fuerunt familiæ avitæ, qui equum in clypeo gessit, ad memoriam Hengisti, qui Britanniam occupavit, cuius nomen equum significat? ex hujus enim sanguine Vitekindus originem ducebat, ut nos supra diximus, & in Hengisto deducta ejus genealogia clarissimè demonstrabimus. Hujus igitur equi colorem Vitekindo post receptum baptismum Carolus immutavit, ut & ipsius viri nomen: pro atro enim equo album illi dedit; ipsum quoque ducem, qui Ludgerus dudum vocabatur, deinceps Vitekindum appellari voluit, ut ex sacro fonte renatus, ut

ex omni parte candidus esset. Hic enim est Ludgerus ille dux Saxonum, quo debellato, Frisii in premium à Carolo Magno libertatem illam suam, de qua supra dictum est, obtinuerunt; quam Crantzius opportunè & importunè sigillat ubicumque potest. Ludgerus igitur post baptismum Virekindus est vocatus, quo nomine omnia ejus acta tam præcedentia quam sequentia concepta sunt, ob solero nomine Ludgeri: Quod etsi Crantzius non tradat, Saxones tamen à me dictum hic benignè accipiant, quod brevi idoneis rationibus demonstrabo. Interim vero Carolus multò benigniori utique voluntate erga Vesvalos extraneos ac dudum hostes fuit, quam Crantzius erga contreraneos & bene de se meritos: cum Carolus ex nigro album; Crantzius ex candido atrum faciat, qui veritatem figmentis obruit, & illustres patriæ antiquitates obscurat. Nec enim in Saxonix communibus insignibus post Carolum Magnum constituendis talis solennitas adhibita fuit, qualis

lis in illis vetustis, & per antiquos istos scriptores celebratis, quæ suppressere Crantzius voluit. Hæc enim gradatim post Carolum Magnum collecta sunt, cum plures satrapæ, comites, & alii magnates, partim connubiis, partim victoriis acquisita potentia, oppressis æ qualibus eminere paulatim, ac demum principatum in omnes arripere ceperunt; quod non repente, sed intermedio longi temporis spacio factum est, ut ex ipsius Crantzii exemplo hic proposito satis apparet, ubi privatis & avitis aliena & externa paulatim accumulata videntur. In vetustis illis alia ratio est, quæ uno tempore consensu & pacto publico plurimum gentium constituta, foederibus firmata, & suis finibus circumscripta sunt, & gentis officium insigni mysterio demonstrant; ut & insignia vetera Brunsvicensium, quæ Crantzius oppressit, aut saltem ignoravit, nos autem commodò loco explicabimus, aut ipsis libenter communicabimus, si gratum fore intellexerimus.

Sexto

Sexto loco numero continuatam illam usque ad Carolum Magnum familiaritatem Frisonum & Saxonum, ut putem gentes ab initio consanguineas fuisse, quarum veteris cognationis, tum etiam foederis antiqui memoria mutuam benevolentiam inter se conservaverint. Nam si Crantzius rectè arguit, Saxones ex Danis prognatos non esse, quod inter hosce continua bella fere fuerint; quis me judicabit ex mutua Saxonum & Frisorum benevolentia malè colligere gentes hasce ex eodem sanguine oriundas? Solent enim alioqui inter gentes finitimas intestina esse odia, & ex his continua bella. Cum Danis, Francis, Sicambribus, Batavis, hac de causa nostratibus plurima & acerbissima fuisse bella annales nostri referunt; inter Saxones autem & Frisios ulla unquam fuisse bella ante Caroli Magni tempora, neque Crantzius commemorat, neque alius quisquam rerum Saxoniarum aut scriptor Frisicarum tradit: tanta enim tamque profunda semper inter hasce gentes pax ac

Diutina
Frisorum
& Saxo-
num fa-
miliari-
tas.

In
prooemio
Saxon.

A a

tran-

Com-
mercia
Frisio-
rum ac-
Saxo-
rum.

Connu-
bia Fri-
siorum
cum
Saxo-
nibus.

tranquillitas viguit, ut exteræ na-
tiones gentem unam crederent,
& uno quasi generali nomine Sa-
xonum etiam Frisios comprehen-
derent; quod non facerent, si ex
ullo diffidio discrimen deprehen-
dere potuissent. Suffragantur his
commercia inter hæc gentes ul-
trò citroque sine periculo merca-
torum, sine acerbitate animi acta.
Suffragantur connubia & multa,
& splendida inter hæc gentes ab
initio ad Carolum usque Magnum
ultrò citroque celebrata. Nam,
ut cætera omittamus, una Hengi-
sti linea sufficit ad demonstrandam
hanc matrimoniorum communio-
nem inter hæc gentes; cum Hen-
gistus ipse naturalem patrem Udol-
phum Haronem habuerit, Frisio-
rum ducum ultimum, (nam huic
reges successerunt) adoptivum pa-
trem habuit Vergistum, quem no-
minat Beda, ex stirpe Hengisti,
qui Britanniam occupavit, ibique
periit, interjectis aliquot perso-
nis, natus est Vitekindus, ut su-
pra aliqua ex parte deduximus,
& in Hengisto plenius dicturi su-
mus, Vitekindus autem indigna-
tus

tus se à Frisiis auxilio contra Carolum destitui, qui jam antea Christo & Carolo nomen dederant, Frisios ferro flammisque nimis immaniter persecutus est; qua calamitate Frisii laceffiti, correptis armis Carolo subsidio venerunt, & captum in prælio Vitekindum Carolo tradiderunt.

Vitekindus Frisiis infensus.

Frigi Vitekindum captum tradunt Carolo Magno.

Hæc cum ita esse Crantzius non ignoraverit, mirari satis non possum, quæ causa illi tantum Frisonicæ gentis odium incusserit, ut præclaras antiquitates patriæ suæ suppressere maluerit, quam agnoscere Saxonibus quidquam esse cum Frisiis commune. Sequatur autem quisque vel nos, vel Crantzium, prout in præsentî proposito, vel hic, vel alibi, vel nostrâ, vel illius argumenta ad declarandam rei veritatem plus ponderis habere videbuntur: nos interim donec certiora videbimus, in sententia nostra persistimus, & supra relatis argumentis freti, credimus Frisonis fratres fuisse Brunonem, & Saxonem, & proinde velut in conjuncta fratrum causa, quod de unius alicujus origine se-

A a 2

para-

paratim verè dici potest, idem de cæterarum quoque propagine intelligi recte arbitramus.

CAP. VI.

De patria Fresonis Frisonum progenitoris.

Autho-
res Fris-
patriam
veterem
non de-
scripse-
runt cu-
riose.

Frisia
vetus
aliud no-
men as-
sumit.

AD Fresiam igitur, unde pa-
triæ nostræ nomen deductum
est, inquirendam accedamus; qua
in re me nostratum expectationi
ad plenum satis facere posse opta-
rem; sed quoniam de ea in Archi-
vis nostris nihil curiosius determi-
natum reperio, id consultò à ma-
joribus nostris omissum esse puto,
qui supervacaneum esse rati sunt,
anxiam ejus provinciæ descriptio-
nem relinquere, quam suo sæculo
tum per se, tum per Alexandri
Magni expeditionem toto terra-
rum orbe satis celebrem esse no-
rant. Huic igitur successu tempo-
ris aliud inditum fuisse nomen
consentaneum est, unde difficilis
jam sit ejus indagatio rem gestam
ignorantibus. Quemadmodum
enim in Germania hac nostra aliis
pro-

provinciis subinde alia nomina sunt imposita, ita etiam alibi accidisse non est incredibile, non magis herculè, quàm olim frequentes fuisse ubique terrarum migrationes gentium. Itaque cùm ob hanc ipsam causam in proposito nostro nobis contendendum sit de primis seu antiquissimis sedibus Saxonum, quos nobiscum adduximus, quid mirum est, si demonstrare liquidò non possumus veterem Frisiorum sedem, quam reliquimus? Habemus quidem rerum Germanicarum scriptores multos; habemus horum interpretes antiquarios non paucos, quorum opera nos juvare potest in Germania: in India nobis hujusmodi subsidia nulla suppetunt; cùm veteres rerum Indicarum scriptores ad nos aut nulli, aut certè pauci iidemque accisi, mutili ac laceri pervenerint: Ipsa autem India, ut à nobis longissimè remota est; ita multis sæculis ab omni fere gentium commercio seclusa fuit. Est autem in India intra Gangem sita (quam Ptolemæus Afrix decima tabula, Plinius lib. 6,

Reman-
Indica-
rum
scriptores
paucis

India
diu non
frequen-
tata.

A a 3

cap. 19.

Prasfa
Fresia.

Indi
Prasii le-
gitimos
regni hæ-
redes avi-
ta succes-
sione pri-
vant.

Diodo-
rus Sici-
lus lib.
17. hunc
Φρυγία
vocat.

cap. 19. describit) celebris quæ-
dam provincia, inter Gangen &
Uccentum fluvios, nomine Pra-
fa; cujus & incolas Strabo Pra-
fios, Paulus Orosius Prasidas,
Q. Curtius Pharrasios appellat;
quam ut ego majorum nostrorum
Fresiam esse suspicer, conjecturis,
ut equidem puto, nequaquam fri-
volis adducor. Primum enim,
quanquam externi scriptores mo-
tus, & eorum causas, ut in qua-
que regione contigerunt, non
omnes ad amussim semper referre
aut possint, aut velint, ex Q. Cur-
tio tamen constat, in hac gente
legitimos regni hæredes a vita suc-
cessionem per tyrannidem circa tem-
pora Alexandri fuisse privatos;
quod de nostris majoribus Ryth-
mi patrii commemorant. Verba
authoris, quæ ob alia quædam
opportune adjuncta admodum no-
tabilia sunt, hic subijciam ex
2. lib. ubi: Percontatus igitur
(inquit) Phegela quæ noscenda
erant, undecim dierum ultra flu-
men per vastas solitudines iter
esse cognoscit, excipere deinde
Gangen maximum totius Indiæ
flumi-

fluminum, ulteriorem ripam co- Diodo-
 lere gentes Gangaridas & Phar- rus ap-
 rasics, eorumque regem esse A- pellat
 grammen, viginti millibus equi- Eandem
 tum, ducentisque peditum obfi- pulo.
 dentem vias: „ad hoc quadriga-
 „rum duo millia trahere, & præ-
 „cipuum terrorem elephantos
 „trium millium numerum explere
 „dicebat. Incredibilia omnia re-
 „gi videbantur. Igitur Porum
 „(nam cum eo erat) perconta-
 „tur, an vera essent quæ diceren-
 „tur? Ille vires quidem gentis &
 „regni haud falsò jactari affirmat;
 „cæterùm qui regnaret non modò
 „ignobilem esse, sed etiam ulti-
 „mæ sortis; quippe patrem ejus
 „tonsores, vix diurno quæstus
 „propulsantem famem, propter
 „habitum haud indecorum cordi
 „fuisse reginæ, ab ea in propio-
 „rem ejus, qui tum regnasset
 „amicitiæ locum admotum, in-
 „terfecto eo per insidias, sub spe-
 „cie tutelæ liberum ejus invasisse
 „regnum, necatisque pueris,
 „hunc qui nunc regnat generasse,
 „vilemque popularibus, magis
 „paternæ fortunæ quam suæ me-

„morem. Hæc ille. Ex quibus
 non obscure colligitur; hunc ty-
 rannum de Alexandri adventu cer-
 tiorem factum, ostracismo eos
 mox fuisse amolitur, quos se no-
 vo hosti vindictæ ergo prodituros
 esse suspicabatur. Hujus regionis
 plenior descriptionem, quæ
 Q. Curtium non parum illustrant,
 ex Strabone hic subjiciam. Is
 lib. 15. de hac ita dicit: „Effer-
 „tur etiam (inquit) epistola quæ-
 „dam Crateri ad matrem Aristoteli-
 „patram scripta, quæ cum alia
 „permulta mirabilia narrat, &
 „cum nullo concordat, tum etiam
 „refert Alexandrum in Gangen
 „usque processisse, & ipse vidisse
 „se id flumen affirmat, & cete-
 „ra in eo, idque & magnitudine &
 „latitudine & profunditate re-
 „motius, quam junctius veritati.
 „Nam quod maximum sit om-
 „nium fluminum quæ in tribus
 „continentibus memorantur, &
 „quod post Indum ponant, &
 „tertium Istrum, & quartum Ni-
 „lum satis convenit: eorum verò
 „singularia alii aliter tradunt.
 „Quidam minimam ejus latitu-
 „di-

FRISIORUM LIB. III. 561

33 dinem triginta stadiorum dicunt,
 33 quidam trium; Megasthenes,
 33 cum moderatus est, ad C. eun
 33 stadia dilatarı existimat, maxi-
 33 mam verö profunditatem vigin-
 33 ti passuum. In hujus & alius flu-
 33 minis concursu sita esse Palibo-
 33 thra, quæ octoginta stadiorum Palibo-
thra; civi-
tas.
 33 longitudinem habeat, latitudi-
 33 nem quindecim, in figura qua-
 33 drata, cincto ligneo & perfora-
 33 to circumdata, ita ut per tran-
 33 sennas sagittent, propositam
 33 etiam esse fossam tutelæ gratia,
 33 & recipiendorum purgamentor-
 33 um ex urbe affluentium: gen-
 33 tem, in qua civitas est, Prasios Prasios.
 33 vocari ab omnibus differentes:
 33 eorum regem, ultra proprium
 33 ejus nomen à generatione impe-
 33 situm, de nomine urbis Pali-
 33 bothrum appellari, quemadmo-
 33 dum & Sadrocottum, ad quem
 33 missus Megasthenes fuit. Idem Palibo-
thrus dig-
nitatis re-
galis titu-
lus.
 33 apud Parthos fit; omnes enim
 33 Arsacæ nominantur, privatim
 33 verö alius Herodes, alius Phraä-
 33 tes, alius aliter. Hactenus Stra-
 33 bo. Fuisse autem majores nostros Prasios
situs in
quo Fuis-
 33 ab Alexandro in prædiis col

contra
Indos ab
Alexan-
dro col-
locatus
fuit.

Strabo
lib. 15.
Pori ter-
ra.

locatos ad montes Emodios, ut
Rythmi patrii asserunt, ita situs
ipse hujus loci quodammodo
indicat; cum Emodii montes
Alexandro ad præsidium ne-
cessarii, ad hanc gentem com-
pescendam opportuni essent: quod
& idem Strabo commodè de-
clarat. Is enim lib. supradicto,
Sicut & alii, (inquit^a) qui di-
cunt diacones in Emodiis mon-
tibus capi, & in speluncis na-
triri. Inter Hydaspem & Acesi-
nen est Pori terra, multa sanè
& opulenta. trecentarum ferè
civitatum. Item sylva propè
Emodos montes, ex qua Alexan-
der multam abietem, & pinum,
& cedrum, & varias alias arbo-
res in Hydaspem deduxit, ex
quibus classem construxit, juxta
urbes in utraque fluminis ripa ab
eo conditas, ubi Porum vicit.
Hactenus ille; ut præsidii ne-
cessitas manifesta sit. De oportu-
nitate loci subjicit eodem lib.
Athenodorus (inquit^b) auctor
est, Gangen ex Emodis mon-
tibus ad Austrum deferri, &
cum ad Gangen urbem perve-
ne-

Strabo
lib. 15.

nerit, converti ad auroram usque Palibothra, atque in mare egredi. Hæc ille. Cum igitur rerum in India gestarum historiarum Rythmis nostris hætenus suffragentur, ut conjecturas de earum veritate non prorsus ineptas præbeant, ex ipsa depravatorum nominum collisione facile deprehendetur, eandem esse provinciam, quæ ab Indis Fresia, à Curtio Pharrasia, à Strabone Prasia dicitur; scriptum enim fuisse nomen hoc per litteram Ph, quæ litteræ F respondet, ex Curtio percipimus: Eam igitur si Strabo retinisset, Phrasiam scripsisset, & hic *a in e* pristinum resolutum, Phresiam, quæ Indis Fresia erat. Est autem solenne hoc, ut in propriis locorum nominibus alii *a in e*, alii contra *e in a* mutant; unde Semum alii Sainum vocant. Paulus Orosius lib. 3. cap. 19. sonum aliquatenus representat, qui incolæ hujus inulæ Præsidæ appellat, quos Ptolemæus ætate sua Mandralas appellatos scribit. Interim verò Græci, qui locis à se repertis nomina sibi familiaria im-

Nomen
Frisiæ
erutum.

Frisii,
Prasii,
Mandra-
la.

A a 6

here

nere solent Prasie sue nomen Indorum Fresie imposuerunt, eodem modo, quo Lusitani nuper Hispaniolam appellarunt insulam in eadem India, quæ ab indigenis nomine vernaculo aliter appellabatur: habent autem Græci Prasiam suam, quam idem Strabo in eo tractu ponit, in quo Prasæ, Sterea, Brauron, Myrrhinusa, Probalinthos, & Marathon conjunguntur, lib. 9. suntque & alia diversa hoc nomine loca in Græcia apud Pausaniam, Stephanum, Polybium, & alios, quæ hic referre nihil est necesse. Hanc autem Indis & suam Prasiam esse voluerunt. Ad hanc igitur originem indicandam apparet eos demum optimè scribere, qui Fresiam, & Fresos, seu Fresios proferunt; unde & Joachimus Hopperus de antiqua Fresionum Republica se scripturum promissit. Hæc de Fresia. Sunt autem & aliæ conjecturæ generaliores, quæ utcumque Frisiorum vestigia in India commonstrant: nam & Jovem Indi in istis partibus coluerunt, eique humanis victimis litant, quas

Fresia
recte scri-
bitur.

Aliæ
conjectu-
ræ de Fre-
sia.
Sacrifi-
cia.

quas & strangulare solent; quæ eadem etiam consimiliter in Frisia primis temporibus acta sunt. Suffragantur huic vestigia linguæ, quæ multis vocabulis hactenus apud nos usitatis declarant originem genuinam. Suffragantur etiam genera vestium maioribus nostris usurpata; ut suis locis perspicuè declarabimus. Item prima Reipub. institutio, quæ à reverentiæ paternæ gubernatione nihil discrepavit. Linguam quoque Zevocarus scripsit in Indiæ partibus istis eandem fere esse, quæ est ad littora maris Septentrionalis? cuius fides tamen penes authorem esto. Habent etiam non pauca indicia Græcanici præsidii, ut sunt Gymnasia & exercitiorum genera, tam quæ ad pacem, quam quæ ad bella pertinent, ut alibi commodius demonstrabimus: hæc enim non tam ad originem patriæ, quam ad disciplinam militiæ pertinent, quæ extra patriam Friso vidit, & suis aliunde tradidit.

Lingua.

Cultus.

Gymnasia.

ad vitam
Frisonis.

CAP. VII.

De Majoribus Fresonis

NE quis autem miretur, quod diximus Ragavum nostrum à Semo Fresiam hanc gubernandam accepisse, scire debet in divisione orbis Asiam obtigisse Semo, ipsumque Semum, qui suorum nepotum coloniis deducendis præsuit, in India fixisse sedes, donec inde à patre Noa in Salem revocaretur; unde etiam in India regio Sami à Q. Curtio celebratur. Multorum etiam filiorum ejus nomina ibidem fluminibus ac locis indita testantur, aut totam Indiam, aut certè maximam ejus partem à filiis Semi fuisse occupatam. Hebri sanè filius alter, Phalegi frater, quem Moses Jetam ^a, Berossus Gangem appellat ^b, & patruus magnus Ragavi nostri fuit, anno mundi 1828. post Diluvium 172. in India sedem fixit, & Gangem fluvium de nomine suo appellavit: hujus filius Hevila inter fratres suos præcelluisse vide-

Jetam
sive Gan-
ges.

^a Genes.

10,

^b lib. 5.

videtur, de cuius nomine Indiam
 Hebræi Hevilæ terram appellant.
 Eo autem tempore, quo Jectan
 in Indiam venit, Ragavus annum
 ætatis 37. agebat, ut ex Moyse col-
 ligitur ^a, & filium jam septen-
 nem habebat, & ab eo die 200.
 adhuc annis vixit, & filios ac filias
 procreavit. Semus porro his om-
 nibus præesse, & singulis in divi-
 sione provinciæ partes, quas vo-
 luit assignare potuit, qui post Di-
 luvium, teste Moyse ^b, quingen-
 tis annis vixit, & proinde Raga-
 vo defuncto, trecentis integris &
 sexaginta annis superstes fuit. Ra-
 gavus igitur secundum Rythmos
 nostros ad finem usque vitæ suæ,
 hoc est, ut Moyse calculat, an-
 nis integris ducentis Frisæ præ-
 fuit, qui defunctus anno mundi
 2028. ejus gubernationem filiis
 suis reliquit. Hanc illi legitima
 hæredum successione, per annos
 ferè mille sexcentos pacificè tenne-
 runt; quo tamen temporis tractu,
 quid à quibus illic actum gestum-
 que sit, ad notitiam nostram non
 pervenit. Circa hæc autem tem-
 pora, ut ex Cartio colligimus,

Ragavi
 ætas ac
 posteri-
 tas.

^a Genes.
 11. Semi
 ætas.

^b Genes.
 11.

Ragavus
 præest
 Frisiam.

Successio
 Freso-
 num in
 patria sua

^a per-

Lib. 2.
Agram-
mes ty-
rannus.

perfidus ille tutor, justis regni hæ-
reditibus pupillis extinctis, Agram-
men filium suum Frisæ injustum
Palybothrum obtrusit.

C A P. VIII.

*Peregrinatio & Adventus Frisonis
& fratrum ejus.*

Frisonis
peregri-
natio.

I Taque Friso unà cum fratribus,
& amicis, ejusdem fortunæ so-
ciis, ad Alexandrum Magnum
abire militatum, à quo ad montes
Emodios adversus emergentes ru-
multus in præsidio collocatus est;
Alexandro autem post biennium
extincto, præsidium metu Indorum
Sadrocorto duce rebellantium re-
linquere coactus, publica fide ac-
cepta ac data, patriam revisit, ut &
alios amicos secum inde assume-
ret; quos ob eandem regni recu-
perandi suspicionem consimili
ostracismo Agrammes provincia
excedere jussit; hæc enim non
gravatim Frisoni concessit. His igitur
ipsis occupationibus & ulte-
rioribus peregrinationibus post
obitum Alexandri consensit an-

nos

FRISIORUM LIB. III. 569

nos octo, & sub initium noni in Germaniam venit, & hanc provinciam occupavit, quam de suo patriæque suæ nomine Fresiam appellavit, anno ante natum Christum 313. ut supra dictum est. Atque ita nos æræ nostræ caput ab hoc anno, hoc est, ab adventu Frisonis, deducimus, ejus certitudo hac ratione constat: Eusebius enim Alexandrum Magnum mortuum esse dicit Olympiadis 114. anno primo; quem in hoc Hermannus Contractus, Christianus Massæus, & cæteri Chronologi diligentiores secuti sunt. Hic autem annus mundi 3642. Urbis Romanæ 430. & ante natum Christum 321. fuit, cui si octo annos adimas, quibus Friso à morte Alexandri peregrinatus fuit, apparet eum advenisse anno ante natum Christum 313. qui annus urbis Romanæ 422. fuit. Quanquam Paulus Orosius, & quidam alii, in paucis annis discrepent, quos non moramur. Albertus Stadenfis, quem & alii plerique sectantur; asserit hosce duces habuisse classem instructam navibus tre-

Æra
Frisonis

Classis
Fresoris

cen-

Saxonis,
ac Bruno-
nis, &
focio-
rum.

Friso
quando
& qua
parte Fri-
siam oc-
cupaverit.

centis, quæ omnes perierint ex-
ceptis 54. quarum octodecim
Prussiam, duodecim Rugiam, vi-
ginti quatuor has nostras terras oc-
cuparint. Neque hic aliquis mire-
tur, unde illis tanta navium co-
pia tum fuerit, aut quomodo ex
India in Germaniam venire po-
tuerint; cum non sit necesse co-
gitare, naves omnes in India cor-
reptas esse, quæ in itinere aliun-
de collectæ fortassis fuerunt: ne-
que mirum sit ex 300. saltem 54.
incolames evasisse, quæ annis in-
tegris octo in itinere fuerint: In-
gressæ autem in annalibus nostris
dicuntur per ostium Elevi fluvii,
sub tempus autumnale, quo Svevi
ob metum inundationis, quæ ter-
ram nullis aggeribus cinctam sub
hyemem fere semper operiri sole-
bat, ad mediterranea digressi, spa-
cium advenis dederunt, quo citrà
impedimentum illic radices agere
possent.

C A P.

C A P. IX.

*Ubi, & quamdiu, & qua condi-
tione cum Fresone fratres ejus
versati sint.*

Itaque mox ad eundem fluvium
Flevum Jovi, qui ipsis Stavo di-
cebatur, insigne templum ædifica-
runt, & fundamenta civitatis je-
cerunt, quam de nomine Dei sui
Stavoram appellarunt, eandem
quam hodie Stauriam vocamus,
quæ mox adversus ingruentem vim
hostilem præsidio ipsis esse posset.
Itaque tredecim annis continuis
eo loco unâ egerunt, & interea
terra marique fortiter novas hæc
sedes tutari sunt, non modò ad-
versus Svevos, sed etiam adver-
sus Danos, Britannos, & alios;
victum interim partim piratica,
partim agricultura suppeditabat,
donec succrescente populi frequen-
tia, loci angustia contentiones in-
ter eos excitare inciperet, qui su-
stentandis omnibus pecoribus ido-
nea pabula suppeditari non posse
querebantur, Tunc enim Friso,

Ab Jovo
princi-
pium.

Stauria
condita.

Quam-
diu Fre-
sonis fra-
tres cum
eo fue-
runt in
Frissia.

Victus
quærendi
ratio.

Populi
frequen-
tia & loci
angustia
lites pâ-
riunt.

qui

qui inter fratres natus maximus erat, ne contentio, quæ inter subditos jam gliscebatur, inter principes quoque majorem aliquam turbam daret, re cum fratribus ac populo communicata, diversos conservandæ benevolentiae modos proposuit, inter quos iste maximè omnibus probatus fuit, quo Saxo & Bruno Frisoni ejusque nepotibus hanc provinciam peculiarem ac propriam relinquerent, ipsi sibi posterisque suis sedes novas quærerent, non longè ab ea distitas, sed proximè vicinas; ita ut non modò disciplinis institutisque avitis junctim uti, sed & auxilio mutuo defendi possent adversus ingruentes hostes.

Consilium fratrum de conservanda in posteritatem benevolentia.

C A P. X.

Quando, & quo fratres a Frisone decesserint, & quæ post fratrum discessum Freso egerit.

A Fresone discedunt fratres sui.

I Taque anno ante natum Salvatorem 300. Saxo & Bruno, instructis navibus Stauria solverunt, & quæ venerant egressi, Elevo Orientem

tem versus abnavigarunt, donec ^{Sedes} ad Hadeleriam pervenirent, ubi ^{Saxonis.} Saxoniam Oceanus Germanicus alluit: hinc ostium Albis fluvii ingressi, ad mediterranea paulatim repulsis ac superatis, fines suos in immensum dilatarent. Bruno etiam, ne fratri suo oneri esset, unà cum suis ad Vesperam declinavit, Occidentem versus; ibi civitatis fundamenta iecit, quam de nomine suo Brunsvicum appellavit, ^{Sedes} quæ tametsi successu temporis & ^{Brunsvi-} amplificada, & vicissim vastata sæpius fuerit, usque ad Caroli Magni tamen ætatem civitatis aut vici certè liberi jura retinuit. Testatur enim S. Marcellinus, S. Suibertum prædicasse verbum Dèi, & multos ad fidem Christi convertisse in grandi vico Saxoniæ, dicto **Brunswick** / & inde transisse ad Boructuarios anno Christi 705. & Henricus Buntingh in Chronico Brunsvicensium testatur, hunc vicum à Carolo Magno occasione belli Saxonici fuisse vastatum, & a Brunone Saxonix duce Ludulphi filio anno Christi 861. fuisse restauratum; quod

quod ideo hic adnotandum duxi, ne quis putet, authore Crantzio, Brunsvicensium originem non alius esse repetendam, quàm ab hoc Brunone Ludolphi filio, quam Crantzius longè alius arcessere potuisset, nisi eo facto fabulam quam prædicat, veram historiam esse declararet. De Brunone igitur & Saxone, eorumque rebus gestis quæ restant, ea Brunsvicensibus & Saxonibus inquirenda tradendaque remittimus: nostræ gentis conditor Friso, dimissis fratribus Frisiam suam, cui 68. annis præfuit, diversis munitionibus firmavit, aggeribus cinxit, castellis ac pagis ornavit, & ut eam pacatam ipse possideret, ac posteris per manus traderet, cum vicinis principibus pacem composuit, leges condidit, Rempubl. formavit, liberisque suis provinciam assignavit: de quibus omnibus ac singulis diligentius acturi sumus in annalibus Frisorum, & in vita Frisonis, quam plenius tractaturi sumus in eo opere, quod de Principibus, Ducibus, ac Regibus Frisorum separatim brevi expedituri sumus. FINIS.

Frisonis
acta in
Frisia.

LIBROS
DEL DR.
L. MARGO

i,
o,
l-
b
n
re
m
n
ur
e-
i-
a-
n-
a-
a-
s
a-
m
o-
m
o-
l.
n-
i-
i-
e
s
d
e-
vi

12000 27484

Ayuntamiento de Madrid

R 863

BIBLIOTECA HISTORICA MUNICIPAL



1200027484



Aruntamiento de Madrid